

CORPUS
SCRIPTORUM HISTORIAE
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATOR ET COPIOSIOR,

CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE
BORUSSICAE

CONTINUATA.

Ed. XXXIX.

ZOSIMUS.

c BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCLXXXVII.

Z O S I M U S.

EX RECOGNITIONE

(August) IMMANUELIS BEKKERI.

BONNAE

IMPENSIS E D. WEBERI

MDCCCXXXVII.

IMMANUELIS BEKKERI

P R A E F A T I O.

Eunapii reliquias primo huius operis volumine compositas iam pro suo iure excipit, qui Eunapium exscripsisse traditur, Zosimus: hunc enim rerum a Constantino Iuliano Theodosio gestarum scriptorem in primis luculentum cur a corpore historiae Byzantinae excluserint Labbeus et Labbeo obnoxii Veneti satis intelligimus, nos cur excludamus nihil habemus causae. absterrebat quidem librorum manuscriptorum deformitas pravitasque, Parisiensium certe, quorum specimen habemus ab amicissimo Hasio, Coislani 150, Regiorum 1725 et 1817. sed desperato tali auxilio ut tamen aliquid effecisse videamur factum est incredibili Reitemeieri inconstantia, qui ut res a Zosimo traditas docte et accurate illustravit, ita verba eius multis locis temere nec monito lectore corrupti *). itaque eiusmodi

*) Fidei facient exempla. Itaque p. 9 v. 11 Sylburgiana habet Ἀθηναῖοι, Reitemeierana οἱ Ἀθηναῖοι. 13 1 S Χαιρέον, R Χαιρέα. 14 4 S τε, R δὲ. 14 16 S ἀνεδίκνυτο, R ἐδίκνυτο. 16 15 S ἐπενδιστως, R ὀπενδιστως. 18 22 S δὲ καὶ, R δὲ. 19 4 S τὸν ὄματον, R ὁμάτον, 19 14 S ἀπαγγειλέντων, R ἐπαγγειλέντων. 21 1 S ἡδη δὲ, R ἡδη. 21 8 S Παρθναῖοις, R τοῖς Παρθναῖοις. 21 14 S ὑπάρχον, R τοῦ ὑπάρχον, 28 12 S ὑπὲρ, R περ. 32 4 S λοιχόν ἀνιώντας, R ἀνιώντας. 38 12 S πολλῷ, R πολλῷ τε. 34 1 S δὲ, R τε. 35 21 S ἀξά, R ὑπὸ. 36 11 S ἀποστήσεοθαι, R ἀπεστήσεοθαι.

decessoris mei errores comparata editione Sylburgiana cor-
ravi, notas criticas quas non probarem sustuli, commen-
tarium historicum insertis Heynii annotationibus usui ac-
commodavi.

Scrib. Berolini idibus April, a. 1836.

-
- 36 19 *S πράγμασιν οὐσίαιν*, *R οὐσίαιν*. 37 6 *S δὲ*, *R καὶ*. 41 1 *S Αἴγυ-
πτιοι*, *R Αἰγύπτιοι τε*. 42 16 *S πάκειδες ἡλαυνην*, *R πάκειδερ*.
43 3 *S δὲ*, *R καὶ*. 43 6 *S καταλικέσ*, *R ἐκτιλικώσ*. 43 14 *S ἔννοιαιν*,
R εννοιαν. 43 19 *S ἕθεισαντας*, *R ἔθεισαντες*. 44 10 *S ἐξ*, *R εἰς*.
45 19 *S συναπικαμένοις*, *R συναπικιμένοις*. 51 16 *S τῆς θεοῦ*,
R θεοῦ. 54 9 *S τοιμηροτάτον*, *R τρόπος τοιμηροτάτον*. 55 19 *S τῇ*,
R δὲ. 56 14 *S τῆς βασιλείας*, *R βασιλείας*. 59 7 *S μετὰ*, *R κατὰ*.
59 18 *S στρατιωτῶν*, *R τῶν στρατιωτῶν*. 61 22 *S τῷ*, *R τῷ*.
65 10 *S δὲ ὁ*, *R ὁ*. 66 19 *S ἀνενεψαστο*, *R ἀνεψαστο*. 67 2 *S Αἰγύπτου*,
R Αἴγυπτου. 67 4 *S τὰ Σερβίλλης*, *R τῆς Σερβίλλης*. 76 4 *S πον-
λεομένῳ*, *R βούλομένῳ*. 77 1 *S ἐνθυσαμένων*, *R ἐνθυσαμένων*.
77 19 *S τῶν στρατιωτῶν*, *R στρατιωτῶν*. 80 1 *S συναντᾶν πως αἱ-
ληλοις περόναις σιδηραὶ ἀνασκαμέναις*, *R συναντᾶν σιδηραὶς ἀνασκω-
μέναις πως αἱληλοις περόναις*. 80 18 *S ὁ Κωνσταντίνος*, *R Κωνσταν-
τίνος*. 81 1 *S ἐν τῇ*, *R ἐξ*. 81 21 *S Κωνσταντίνος*, *R ο Κωνσταν-
τίνος*. 83 3 *S δῆ*, *R δὲ*. 84 19 *S δὲ καὶ*, *R καὶ*. 90 13 *S τὸν
Ἐλαιούντα*, *R τὴν Ἐλαιούντα*. 90 18 *S ἀλλας μηχανάς*, *R μηχανάς*.
99 16 *S τε*, *R δὲ*. 101 5 *S δέδωκε*, *R διέδωκε*. 103 14 *S ταχέως ἐπι-
βήσαται*, *R ταχέως*. 105 14 *S μὲν ὁ*, *R ὁ*. 106 15 *S οὐκ ἀν*, *R οὐκ*.
106 20 *S τάδελφῳ*, *R ἀδελφῷ*. 110 19 *S ἔχων ἔτι*, *R ἔχων*. 126 20 *S τε*,
R δὲ. 127 21 *S ἀπογράφεσθαι*, *R ὑπογράφεσθαι*. 128 22 *S τε*,
R δὲ. 135 4 *S δὲ καὶ*, *R καὶ*. 146 22 *S ἐνταῦθα*, *R ἐνταῦθα δὲ*.
149 19 *S ἀπεγγασάμενος*, *R ἀπεγγασάμενος*. 154 17 *S δὲ*, *R τε*.
156 13 *S ἦν δὲ*, *R ἦν γάρ*. 163 9 *S κολλοὺς*, *R κολλοὺς μὲν*.
173 17 *S ἐκ μὲν*, *R μὲν ἐκ*. 173 18 *S κόλις δὲ*, *R κόλις τε*.
176 13 *S τοῦ τοιοῦθε*, *R τοιοῦθε*. 185 22 *S δὲ*, *R τε*. 190 11 *S τε*,
R δὲ. 190 16 *S ἀκαγγειλθὲν*, *R ἀκαγγειλθεν*. 192 20 *S τε*, *R δὲ*.
194 16 *S ἐπι*, *R εἰς*. 195 2 *ἐκστάντας*, *R ἐκστάντες*. 199 16 *S ἐκ πε-
ριφροῦς*, *R ἐκ ἐπιφροῦς*. 215 18 *S μὲν ἀπό*, *R ἀπό*. 226 16 *S δια-
γόησται*, *R διαγόησται*. 231 4 *S περιπεσεῖται*, *R περιπεσεῖται*.
236 17 *S τοῖς τοσούτοις*, *R τοσούτοις*. 237 7 *S τε*, *R δὲ*. 241 15 *S τοῦ
πότου*, *R πότου*. 243 1 *S τε*, *R δὲ*. 245 18 *S τοῦ θηηπολικοῦ*,
R θηηπολικοῦ. 256 2 *S τε*, *R δὲ*. 259 20 *S τῇ Θράκῃ*, *R Θράκη*.
272 9 *S τε*, *R δὲ*. 284 16 *S Οἰλυμπιόδωρος*, *R ὁ Οἰλυμπιόδωρος*.
287 10 *S τὸν Πωμαίων*, *R τῶν Πωμαίων*. 290 17 *S τῆς τοῦ*, *R τοῦ*.
295 3 *S ἀπεικόπει*, *R αἰεσικόπει*. 296 6 *S τρεῖς δὲ*, *R τρεῖς*.
301 13 *S πᾶσιν*, *R πᾶσαν*. 308 9 *S τε ᾧς*, *R ᾧς*. 310 14 *S καταλα-
βών*, *R λαβών*. 319 5 *S τὸν λειπομένον*, *R λειπομένον*. 325 19 *S δια-
μαρτύρων*, *R διαμαρτυρώντων*. 326 16 *S ταῖς Λίμναις*, *R ταῖς*
Λίμναις.
-

IO. FRID. REITEMEIERI

P R A E F A T I O.

In virtutibus et laudibus scriptorum qui rerum gestarum memo- p. iii
riam literis consignant, cum princeps et prae ceteris maxime ne-
cessaria sit fides atque ab omni et studio et odio alienatus ani-
mus, sine quo rerum quas scripserint vix nobis ullus esse potest
usus, etiam iis qui in vetustis scriptoribus expoliendis et ad stu-
diorum nostrorum commodum adornandis insudant curae esse
debebat quam maxime ut auctorum, quos opera sua ad publicam
utilitatem paratos et instructos velint, severo iudicio facta fidem
curate explorarent, et quae ab iis tradita sive vera sive falsa sint,
iudicio facta discernerent, aut si res minus ferret et in neutram
partem liquido pronuntiari posset, quantum quaque res propior
vero vel falso sit, examinarent et dijudicarent. in primis vero si
quis eiusmodi auctori addixerit suam operam qui fidei laboret
fama et existimatione, nisi suspicione ab eo remota aut ad mo-
dum iustum revocata fidei eius atque auctoritatihonos suus vin-
dicatus fuerit, cum scriptori laudis tum editori suorum in eum
meritorum quantorumcunque fama periclitandum erit. id inprimis in Zosimo esse periculi, in cuius nova editione paranda no-
stra opera versatur, neminem fugere potest, cum tralaticium sit
quantopere eius a primis inde temporibus ad nostram memoriam
existimatio laboraverit, adeo ut calumniatoria Christianorum po-
tius quam historici fide digni et idonei nomine venire soleat.
habet ille tamen virtutes atque utilitates, pro aetatis qua vixit p. iv
rationes et literis, haud vulgares, nam res exponit labantis im-
perii Romani, quod non minus calamitatibus et excidio quam
magnitudine et incrementis suis clarum est ac memorabile; com-

memorat in primis diligenter ea quae a Constantino novata et instituta sunt, rem militarem, magistratum descriptionem, sacrorum ritus, tanquam primordia rerum inclinatarum; et mutata a Theodosio cum alia, tum regni inter filios partitionem factam, ut proximam ruentis rei publicae causam, ante oculos ponit. quarum rerum etsi nec unus neque satis disertus sit Zosimus auctor, multae tamen ad historiam saeculi quarti et quinti ineuntis pertinentes eaeque maximi momenti res in eo continentur, quae aut diversa et discrepante ratione ab aliis expositae sunt, aut ab aliis omissae adeoque uni auctori Zosimo debitae. commendatur praeterea ipsius historia non modo rerum traditarum ubertate et utilitate, verum etiam ab auctoris consilio causas rei publicae eversae aperiendi; neo spemenda orationis concinnitas, cuius laudem abesse a virtutibus scriptorum aequalium Zosimi apprehendimus. quibus ornamenti cum historia Zosimi se commendet, laudem suam haud servavit integrum et illibatam, quoniam incidit in aetatem religionum studiis odiisque agitatam. iudices enim eius et veteres et recentiores cum plerisque in eum ut aversatum sacra Christianorum ipfensis essent animis, factum ipse est ut apud eos hominis sicut religioni ipsorum, ita veritati infesti et inimici iudicium notamque subiret. quam quidem sententiam a ratione non minus quam ab aequitate abhorrente ut condonamus iis aetatis, in quibus religionum studia et odia in res literasque ab iis alienissimas inferebant homines, ita dedecori fore arbitramur nostris seculis, quae ad rerum naturas et argu-

p. v menta, non ad hominum profesiones et opiniones respicere iubent. reddetur igitur Zosimo laus sua et auctoritas, dummodo accedant ad eius historiam lectores qui odii in eum et praeiudicatae opinionis expertes, habita rerum, non religionis ratione, de virtutibus ac fide eius iustum et aequum ferre iudicium velint. fuere iam ante me qui cognita historiae Zosimeae praestantia ab iniuriis auctorem vindicare et calumpniae maculam ab ea abstergere conarentur, mitiusque et clementius de eius fide iudicium in medium proferrent; verum opera eorum nec satis inter omnes vulgata fuisse nec auctoritatis satis ad hominum animos habuisse videtur, ut adeo, si ab opprobriis indignis eum satis quidam putent defensum et vindicatum, alii obstinati aversisque animis in pristina opinione persistant et de eius fide secus sentire pergent.

existimationi igitur huius scriptoris si quis consultum et in nova historiae eius editione paranda operam suam utiliter navatam velit, non officio suo satisfecisse videri debet, dummodo verborum et sententiarum aut emendatione, sicubi labes eis illata sit, aut interpretatione, si quid eis insideat obscuritatis et difficultatis, scriptori subvenierit: sed ad fidem explorandam stabiliendainque cura potissimum versa esse debebit, ut, quid tandem ei sit auctoritatis, tum universe tum singulis in partibus et locis anquiratur. hoc consilio hacque lege interpretis et critici et historici animo meo obversante, adiutus simul cohortatione et oonsilio *Heynii*, praceptoris et fautoris nomine summa mihi semper pietate colendi, ad Zosimi historiam in melius redigendam ac polliendam me adinnxi, spe facta susceptam a me esse rem cum utilem tum specimini studii literarum humaniorum edendo satis aptam. priusquam vero instituti mei rationem ac consilium uberiorius explicare instituam, quantum superiorum interpretum studio ad usum fidem Zosimi redundaverit utilitatis, ut exponam, non modo necessitas, ut, quid nobis post eorum curam sit reli- p. vi etum, intelligatur, sed etiam, ne quid laudibus eorum silentio nostro detractum videatur, ipsa postulat modestia. *)

Postquam historia Zosimi satis diu tenebris condita latuerat, saltem paucorum tantum manibus trita erat, sub exitum saeculi decimi sexti opera Leunclavii primum in lucem protracta et publici iuris facta est, **) et quidem in linguam Latinam versa, per quam temporibus illis literarum Graecarum opes cum nostris hominibus primum communicatas constat, non plane inauditum Zosimi et nomen et historiam in Italia antea fuisse, indicio erunt loca quaedam exinde deprompta et per Politianum ***) Panvinium et Petrum Gyllium versa. ****) integrum tamen ejus scriptoris versionem nec quisquam ante Leunclavium prelo sub-

*) Conf. Fabricius Bibl. Gr. t. 3 p. 605,

**) Edita versio est Basileae sine anno (1576) fol. cum Procopio, Agathia, Iornande et Leonardo Aretino, ex officina Petri Pernae. auctor bibliothecae Ios. Renati Cardinalis p. 536, deceptus fortasse anno 1637, quem epistolę Beati Rhenani subscriptum vidit in editione Procopii, Agathiae, Leonardi Aretini, Iornandis et aliorum Basileae ex officina I. Herwegh emissā, Zosimi versionem Latinam anni facit 1531, quanquam Zosimi in ea collectione scriptorum nec ullum exstat vestigium.

***) Vid. Comm. Hist. 2 4.

****) 2 37. vid. Banduri Antiqu. Cpol. lib. 4 p. 323.

misiit. editioni Latinae illi, praeter notas sententiarum summam continentes et emendationes, utrasque ad oram libri appositas, nulla accesserunt ornamenta. in fronte posita est editoris pro Zosimo apologia, ut scutum praetentum adversus Nicephori et Evagrii futiles quidem, graves tamen illa aetate et Zosimi fidei infestas criminationes. alia, quamvis non totius historiae, versio, passim disorepans, exstat in Historia Augusta, quae circa annum 1600 lucem vidi.

p. vii

Quae Latine studio Leunclavii prodierat historia, ea interpositis quinque annis (1581, et 1611 repetita) opera HStephani cum Herodiano Graece exiit, versione Leundaviana et nonnullis, quamvis perpaucis, castigationibus et notulis instructa, utraque editio, dispar forma et ordine, in reliquis sibi similis, Lugduni lucem vidi: continet autem libros modo duos priores, id quod mirum videri debet, si verum est quod vulgatum est, a Leunclavio Stephanum codicem Graecum acceptum habuisse, quamvis praeter versionem Latinam nihil eius nomini ac humanitati tribuerit. ut iis qui nos legunt iudicii oopia fiat, epistolam Leunclavii, quam in accusationis fidem exhibent, ex Goldasti Epistolis Philologicis (ep. 72 p. 305) huc transferre placet.

Io. Leunclavius HStephano S. (Genevam)

— — — *hunc (Zosimum) ego tibi manu mea descriptum diligenterque collatum et emendatum mitto, ut historiam Romanam annorum 1200 ab urbis origine ad excidium usque continuam habere possumus, suppeditaturus etiam conversionem bonam et luculentam, quae dudum parata apud me est. rarum hoo crede mihi opus est, quod aliunde non facile consequare. deest parum in fine primi libri, parum in principio secundi, parum in medio quinti, parum denique in fine sexti. quae omnia expecto ex Italia, cuiusdam amici opera, qui admodum secreto custodiri quoddam istic exemplar mihi nuntiavit, cuius ipse copiam sit habiturus. audio te Photii bibliothecam habere, de qua vellem escriptum de Zosimo titulum mittere. nam mea, quae in fronte posita vides, alicubi corrupta sunt.*

His literis si fides habenda sit, illiberalis sane et parum honesti animi reus erit Stephanus, quod celavit cui debebat codicem Graecum: tamen haec invidia variis poterit rationibus ab eo amoveri. discrepant lectionibus Stephani editio et codex Leun-

clavianus, quem novo postea studio Sylburgius contulit; quod p. viii quomodo fieri potuisse, si profectus ex eodem fonte liber uterque erat? cur Stephanus, de lectionibus, quas indigere emendatione existimaret, ad marginem annotandis sollicitus, idem adeo temere in contextu constituendo versatus est, ut ne monito quidem lectore loca, in quibus nunc codicis discrepantia notata est, sollicitaret et verba nova iis inferret? cur tandem Leunolavius aut Sylburgius, querelae opportunitate in secunda versionis editione data, de Stephani aut mala fide aut illiberalitate ne verbum quidem dixeret, neque rem, quam aegre ferre debebant, saltē obscure significarunt? his argumentis etiā neque opinioni vulgatae firmamentum omne detractum neque Stephanum a criminatione omnino liberatum intelligamus, aliquam tamen ea videatur habere vim ad iudicium nostrum inhibendum.

Novem annis posteaquam Stephanus de Zosimo Graece vulgando bene meruerat, nova eius integrī et absoluti ex duobus codicibus Leunolaviano et Palatino parata est a Sylburgio editio (in tomo 3 Corporis Scriptorum Historiae Romanae 1690), quae praeterquam quod libros posteriores primum exhibet et Leunlavij tum apologiam tum versionem emendatiorem repetit, his etiam prae superioribus editionibus eminebat ornamentis, quod contextum habebat subādiis duorum codicum et ingenio critici hominis constitutum, et notas critici plurimum generis partim ad calcem positas partim per indices dispersas. in his notis variae lectiones diligenter e codicibus enotatae, et Leunolavii ac Stephani animadversiones Sylburgii notis auctae reperiuntur.

Exeoperunt Sylburgianam editionem, quae et prima et una adhuc est ad rationes criticas comparata, duae aliae, Cellariana scilicet et Oxoniensis, quae, cum editoribus nullum fuerit a codicibus auxilium, vestigia Sylburgiana premunt et a re critica p. ix minus quam ab usu commodiore, quem legentibus forma libri minor et aptior affert, commendationem habent. *Christophori Cellarii* bis vulgata editio (Cizae 1679 et 1713, 8) non modo capitum et paragraphorum distinctione et indouilis historico ac graecitatis Zosimeae ad usum potior est, sed praestat etiam notis editoris et variorum, ad historiam maxime illustrandam compositis. ceterum plurima e Sylburgiano penu sumpta, in libris quidem duabus prioribus breviter exscripta, in reliquis integra

dedit, et quasdam e Sylburgianis coniecturis, vulgata lectione depulsa, in contextum, etiam tacite passim, recepit.

Commodorum istorum in Cellariana opera insignium maxime expers est editio Oxoniensis (cura Th. Smithii). operis per partes distributio et paragraphorum ac capitum notatio, quamvis facilis negotii res, ab eo tamen omissa est, et notae Stephanianae ac Sylburgianae, quas repetit, oscitanter et male sunt exoerptae. ubi vero de suo quoiquam dedit, ad fidem Zosimi stabiendi avertendamque ab eo suspicionem malam, id quod sibi editionem parandi fuisse propositum dicit, suam operam et institutum parum studiose adhibuit. de verbis contextus nihil mutatum, in notis tamen quaedam loca sollicitantur. in libris duobus prioribus non Sylburgianum, sed, quod usu et comparatione facta deprehendimus, Stephanianum textum repetit.

Perlustrata eorum quibus in Zosimo perpoliendo et illustrando studium aliquod positum fuit, Leunclavii Stephani Sylburgii Cellarii et Smithii opera, singulis quidem esse sua qualiacunque merita in historicum nostrum intelligitur, verum absesse ab iis cum alia tum potissimum rerum, quae a Zosimo exponuntur, subtilem ac diligentem explorationem et illustrationem; quam nec ab Franco-gallico eius interprete L. Cousin (qui solus Zosimum recentiori idiomate interpretatus est, cum Xiphilino et Zonara, Pariais 1678, 4, et Amstelodami 12, obscuris tamen locis, ut usu deprehendi, non versis) institutam esse animadvertis. ad criminem in Zosimo exercendam, etsi obscuritate et difficultate aut raro laboret aut saltem criticam medicinam raro desideret, opus esse codicum subsidio videtur, quod ex Italiae membranis, credo, si quando eorum usus factus erit, haud sane inutile accessi poterit. nam quicquid adhuc ad Zosimum e codicibus pervenit auxiliū, illud ad Leunclavianum et Palatinum redit, quorum ille apud Fr. Pitheum asservatus, ab Aemorio Thuano exscriptus et ab Io. Opsopoeo cum archetypo collatus fuit in gratiam Sylburgii. quodsi fides stat cum epistola Goldasti, quam supra dedimus, ex Italia iste codex in manus Leunclavii venit: ceterum in margine emendationes seu, quod similius veri videtur, variantes lectiones habuit, quia marginalis lectio non ubique melior est, sed saepe vitiosa et deterior. alte-

rum codicem, Palatinum, quem e Baptista Egnatii bibliotheca profectum bibliotheca Heidelbergensis, antequam Romam deportata fuit, servabat, Sylburgius contulit: videtur ille laxioris curae et diligentiae librarium habuisse. uterque tamen, item codex bibliothecae Coislinianae, cum in eis sint eadem lacunae, ex uno eodemque codice profecti putandi sunt. ceterorum vero codicum, quorum aliqua in vulgus constat notitia, indicem ex Montefalconio et aliis libris confectum hic subiicere non pigebit, ut et quantam succurrendi Zosimo critica ope spem alere liceat, et quibus in locis auxilium quaerendum sit, constet.

In reperiuntur

1. *Codex bibliothecae Vaticanae.* vid. Montfaucon Bibl. Manuscr. t. 2 p. 8 C.
2. *Codex bibl. Laurentianae Mediceae.* Pluteus 70, codex 22, p. xi membran. libri 5 cum *scholiis* quibusdam ad marginem, (quae scholia fortasse eadem cum marginalibus lectionibus Leunclaviani codicis sunt, et si res ita sit, unde Leunclavius codicem suum, qui ex Italia erat, acceptum habuerit, indicio nobis esse poterunt). Montfaucon l. c. p. 378 D.
3. *Codex bibl. Venetae S. Marci* 13 y. Herodianus et Bosmius (Zosimus) in pergameno. Montfaucon l. c. p. 472 A. Laurentius Theupolus (in bibl. S. Marci 1740 fol. p. 198) designat codicem 390 in 4, membranaceum, foliorum 158, saeculi circiter 15.

in *Gallia*

4. *Codex bibl. Coislinianae.* P. 1 p. 214. cod. 150, olim 368, bombycinus, 15 saeculi, habet folia 651: Dionysii Halicarnassei Roman. Antiq. libri 11 et Zosimi historia fol. 523. cum hic codex ex eodem exscriptus sit codice ex quo editiones, quemadmodum ex similitudine hiatum colligi potest, emanarunt omnes, paucas modo, ut suspicari par est, exhibet lectionum varietates. conf. Montfaucon t. 1 p. 1057.
5. *Codex alter eiusdem bibliothecae.* Montfaucon t. 1 p. 1042 D.
6. *Codex bibliothecae Regiae Parisiensis* 2078: Nicephori Gregorae historiae Rom. pars prima; Zosimi histor. libri 5. Montfaucon t. 1 p. 728 C.
7. *Codex 525 bibliothecae Monasterii S. Remigii Remensis,* bombycinus, 16 saeculi, libri 5. Montfaucon t. 1 p. 1289 E.

8. *Codex 526 eiusdem bibl. bombycinus, saeculi 16, libri 6.*
Montfaucon l. c.

p. xii in *Hispania*

9. *Zosimi Historias novae libri 6 cum Eunapii de Vitis Sophistarum.* vid. Iriarte Catalog. mscr. Graec. bibl. Matritensis, 1769, fol. p. 277.

hi sunt codices qui, quod sciunt, critioorum manibus nonandum versati auxiliu futuri spem incertam praebent. in *Mosquensi bibliotheca S. Synodi*, ubi compertum habebam conservari *Zosimi capita*, ut commodis editionis novae augendis haud deesse, *Stritterum*, clarissimum virum ac de Byzantinorum historia meritissimum, literis appellavi, ut dicoeret num quid inde utilitatis meo operi arcessi possit: verum humanissimis tiri dotissimi litteris intellexi esse illud opus, id quod vel nomen prae se ferre videbatur, non historici nostri, sed τὰ κεφάλαια cuiusdam ascetae. itaque ad contextum Zosimi constitendum, et quae ei insideant menda tollenda, quanquam destitutum me membranarum certiebam, aliunde tamen animadvertisse aliquid afferri ad eam rem auxiliu: formam enim orationis Zosimeae studio exploratam et cognitam, linguae ipsius analogiam ad leges et rurum ipsarum naturam vicariam quandam codicum praebere ope; in primis vero lectione scriptorum a quibus Zosimus sua depropria, Dexippi Eunapii et Olympiodori aliorumque, qui vel ex eodem quo Zosimus fonte hauserunt, aut qui Zosimi ipsius auctoritatem secuti sunt eumque exscriperunt, veluti Sozomeni et Suidae, comparatione multa posse restitui. atque ab his adiumentis instructus, adiutusque virorum doctorum emendationibus et conjecturis passim obviis, ubi temeritatis abesset metus, in vitiosis locis emendationes, quas probatissimas intellexisse, sive essent alienae sive de nostris sumptae, admittere et contextui inferre, etsi bene memor cuius audaciae notam apud nonnullos subiturus essem, tamen decrevi. quando vero minus blandirentur conjecturae, quae libidini potius animi, quae temere grassatur in verba, quam rationis ac necessitatis imperio deberi viderentur, abstinendum ab iis ratus, lectores de iis quae unilaterve viro docto melius scribi visa sunt in notis brevissime monui et iudicci de iis ferendi copiam feci. ac ratio nostra emendandi versionem Latinam, quae Leunclavii secunda est, fere

eadem fuit, ita ut Latina, ubi in Graecis quoiquam mutatum esset, ad eundem sensum corrigerentur.

Quam in notis criticis ordinandis secutus sum legem, ut ab evagationibus ad res aut alienas aut parum necessarias operam meam continerem, adstringeremque eam solummodo ad ea quae Zosimi sunt, eandem in iis quae de ipsis fide et rerum ab eo traditarum veritate disceptanda erant praescriptam mihi esse volui. historici autem argumenti animadversiones a criticis seorsim positae sunt, ne cumulanda notarum mole et onerando iis contextu taedium et difficultas pareretur lectoribus. versantur eae vel in argumenti summa vel in singulis historiae partibus; quarum notarum illud genus quod ad fidem maxime Zosimi spectat, in Disquisitione libro praemissa comprehensum, alterum in quo de singulis locis quaeritur, in Commentario historico propositum est. in utroque id in primis operam dedimus, ut non modo diluoceret quanta Zosimi sit ad fidem rerum ab eo scriptorum auctoritas, sed etiam quos et quales secutus sit auctores, quae propria ei sint, quae cum aliis communia, et quae ab eo omissa aut perperam tradita; cuius rei si quid a superioribus iam editoribus occupatum cerneremus, illud adsciscere et ad nostrum accommodare consilium non magis dubitavimus quam in admittendis animadversionibus *Io. Dan. Ritteri*, ad exempli quo usus erat oram adscriptis, et humanitate domini eius libri, *Io. Aug. Wagneri*, quem schola Merseburgensis correctorem habet, me- p. xiv cum communicatis. in critica quidem re istae animadversiones hand versantur, possunt tamen ad historiam illustrandam, praesertim in iis locis quae e Theodosiano codice lucem accipiunt, afferre utilitatem.

Et haec quidem studio meo editioni huic adiungere allabavi, quibus si quid ad fidem Zosimi pernoscendam accuratius atque ad intelligentiam lucemque historiae maiorem redundaverit commodi, assecutum me esse putabo id quod in votis fuit, nec rem inutilem me peregisse arbitrabor.

Gottingae die 4 Septembris 1783.

C. G. H E Y N I I
IN NOVAM ZOSIMI EDITIONEM
ANNOTATIONUM PRAEFATIO.

p. 622 **C**um redimendi operis huius condicio imposita esset a librario haec, ut ei tanquam corollarium aliquod operae meae accederet, standum mihi nunc promissis esse video; utque hoc cum fructu aliquo ad eos qui Zosimum lecturi sunt fieret, nihil accommodatus visum est quam ut animadversiones nonnullas in Zosimum subiicerem, quae inter legendum, missis ad me plagulis e prelo recentibus, subnatae sunt.

Zosimi edendi consilium nemo, puto, damnabit, qui inde a 70 annis nullam eius editionem factam meminerit; itaque exemplaria desiderari passim a viris doctis, et posse eorum esse usum aliquem etiam in scholis ad lectionis Graeoeae elementa. oratio enim est plana, simplex, nuda, raro exquisitiore aliqua elegantia sermonis condita; argumentum vero eiusmodi ut nec lectio nec interpretatio multas literas desideret, et vero partim superiorum temporum recensu strictim faeto, partim rerum inde a Gordianis gestarum expositione iuveniles animos facile teneat. monebit forte aliquis paulo severior non bene ad seriores scriptores detrudi iuvemum ingenia: cui et ipse assentior, atque ita statuo ut ad classicos potius scriptores veteres ea retrahenda esse censeam, quia optimis quibusque exemplaribus fingenda et, cum bonarum rerum copiis, etiam elegantiae nitoris venustatis sensu imbuenda, ad iudicii autem subtilitatem ac veritatem acuenda sunt. videor tamen mihi haud raro observasse, cum alia ingenia in ipsis literarum elementis a difficilioribus suae operae initium facere mallent, alia desiderare facillima quaeque, in quibus noviciarum virium periculum elementarium facerent, ut nec in ar-

gumento nec in oratione esset quod ut assequi aut plane perspicere possent, alias aliunde paratas doctrinae copiolas requireter. ad hos igitur seu socordiores animos seu morosiores, qui ab ipso inde limine statim aperta omnia et perspecta habere volunt, neo quod alia ingenia, fungosa interdum et tumida, faciunt, leviter omnia pervolare, quae nec intelligunt; ad hos, inquam, animos usum aliquem habere potest scriptor nulla rerum nec verborum obscuritate notabilis, qui fiduciam aliquam virium iis faciat, cum p. 623 despondeant ad ea in quibus nihil expeditum sibi esse vident, nullum locum in quo vestigium tuto ponant.

Enimvero sunt alii quoque lectores, quibus nova Zosimi editione consultum esse voluit cl. editor. ut enim omnino cum ad indicium animi acuendum tum ad locupletis doctrinae varietatem comparandam, qua non bene carere potest ingenium rerum actui idoneum, in primis utile est non in uno scriptorum, etiam praestantissimorum, genere haerere, sed diversorum argumentorum aetatum generum genium et morem perspexisse factaque comparatione discrepantiam observasse, ita cum in ceteris disciplinis magnam utilitatem habet diversa ab iis quae edoctus sis sentientium placita tenere, tum vero in historiarum studio nemo satis feliciter versari potest qui aut vetera aut recentiora sola animo ac memoria complexus sit. circumscripta itaque et in angustum limitem contracta videoas plerumque iudicia hominum utriusque generis. in primis tamen salubre studium est eorum temporum et imperiorum, quae partim prava summae potestatis manuumque descriptione, partim morum disciplina luxurie primo corrupta mox perdata, ad interitum properarunt, si forte aliquid inde, quod ad nostra tempora utile sit, transferri possit, ut intelligatur cum religionibus et sacris purioribus, cum literis et doctrinis exquisitissimis, cum artibus commerciis navigationibus requiri tamen aliquid ad regnorum dignitatem et felicitatem in tempus diuturna stabiliendam, disciplinam scilicet cum publicam tum privatam, qua corpora et animi indurentur, a luxurie autem ad frugalitatem et continentiam reverentur; neo imperium sustineri posse ullum nec libertatem civium retineri, non magis ac privati hominis familiam, ubi in tabulas expensi plus infertur quam in tabulas accepti: ubicunque enim rei publicae necessitates vectigalia et redditus superant, multo magis si ex insanis in

Zosimus.

**

res inutiles et perniciosas sumptibus, nonnisi cum multitudinis iniuriis corrogari pecuniae possunt. ut exercitus ali, ut aulae fastus et luxus gloriose, ut populus aut optimates corrupti possint, nova vectigalium genera, novi rapinarum tituli sunt excoigitandi. interea ex publica calamitate crescent passim multi et ditantur, iisque dominationis fautores et instrumenta; mox exhaustis per omne vexationum genus pauperum sciniis exactiones grassantur per ceteros ordines, expilantur divitum quoque arcae; saevitur per delatores exactores satellites, tandem per tortores et carnifices. ita ex his regnum opibus, quas alias p. 624 nunc miramur, alias concussas et labefactas videmus, dominationum per Europam incrementa et ex his regnum decrementa, mox excidia neoessario aliquo rerum ordine apta et nexa sunt. adeo a parva et exigua causa, quod publice privatimque plus expenditur quam redigitur, omnis haec vitae calamitas rerumque clades proficiscitur. quod vero multo gravius et intolerabilius est, videntes meliora intelligentesque ea tamen rerum necessitate publice privatimque undique obsepti tenemur, ut nihil ex iis quae ad interitum rapiunt aut sisti aut remitti possit. *evo! pesum ibimus!* ut apud Satyram scriptorem habetur. adeo vanas res est hominum sapientia, quod errorum quidem fontes et causas ea aperit, remedia quoque morborum monstrat, nec tamen potest efficere ut remedia recte adhiberi eaque quae illorum vires infringunt removeri possint. ad argutandum et declamatorie agendum affatim materiae est, ad emendandas et in meliorem locum collocandas res parum aut nihil. omnium harum fortunae vicissitudinem salutare propositum est exemplum in imperatorum Romanorum rebus, per ea maxime tempora quibus sacra Christiana publice recepta fuere; quorum si ad privatorum hominum animos emendandos et in rebus adversis erigendos et firmandos credere licet vim fuisse longe maximam, publice tamen fatendum est ea ad rem publicam melius constituendam parum aut nihil profuisse, contra alia mala intulisse ne minor a leviora: adeo moribus continetur unice salus rei publicae et incolumentis.

Inter haec tamen sunt nonnulla quae in Zosimo displicere possunt. occurruunt enim passim aliqua a bonorum scriptorum usu aliena. sunt tamen illa pauca, eaque facile ab eo cuius interest observanda, ei autem qui in elementaria sermonis Graeci

doctrina versatur haud multum molestiae creatura. *) alterum est, quod superstitionibus suis, in primis vaticiniorum et prodigiorum, exponendis taedium facit. si tamen hoc in Livio Xeno- p. 625 phonte Suetonio et in scriptoribus ceteris ex melioribus aetatis ferendum esse oensemus, quidni condonandum hoc esse putabimus scriptori qui ea aetate vixit qua, quoquid erat hominum, in ceteris discors, consentiebat in uno hoc, ut ad rerum ordinem hunc sapientissime et pulcherrime constitutum caecutiens nihil magnum et memorabile haberet nisi quod praeter naturam factum putaret; ut in miraculis omnes defixi haerent, et rerum in praesens agendarum ad socordiam et stultitiam usque incuriosi de rerum futurarum praedictione unice laborarent et in nugosis praestigiis acquiescerent. **) quem tandem ex illa aetate scriptorem laudare possumus ab illa peste intactum? quid vero, si nostro tempore, in tanta cum sacrae tum profanae doctrinae luce, in hac physicarum chemicarum philosophicarum disciplinarum expolitione, passim viros videmus res supra naturalem rerum ordinem positas sectari et ad occultas naturae vires, ad arcam aliquam sapientiam, ad geniorum et daemonum ludibria, aut praeensiones rerum futurarum omni causa idonea destitutas sua studia referre? Zosimum tandem lectorum, in primis

*) Desideret forte aliquis horum vocabulorum indiculum factum: minus tamen est de iis passim in notis a cl. editore. ita in verbis compositis praeposita πρός solemne nostro est ut simplicia praferat, nec tame in omnibus verum tantum in προσθέσθαι et προσποτέσθαι. ita ipsi θέσθαι est assentiri, pactione convenire: 1 20, 2 10, ubi et not. 2 55, 4 35, 4 42, 4 55, 5 27, 6 7, 6 12. ποιείσθαι simulare, prae se ferre, 4 42, 5 47. notabilia sunt διαφθέρειν τὸν ὄφον τῆς βασιλείας pro σύγειᾳ, ἔκτροφίαις 1 5, ἐνθύμεσθαι de sacris extispicum 2 12, πληροῦν τὸ πρόστεγμα facere 3 9, quod tamen exemplo non caret, τὸ σκήνων de corpore humano 4 21, ἐν τούτῳ μὲν εὐ διεγένετο pro διῆγε 4 45, θέσις τοῦ ζόον pro λίθῳ, species, habitus, 5 16.

**) Licit interdum studia diversarum partium agnoscere, certantium inter se, ne alterutris miraculi genus esset cuius ipsi simile haberent nullum. conspecti fuerant in proeliis aut in urbium oppugnationibus ab una parte dil, ab altera apostoli martyres et sancti. frigid commento urbem Athenarum a Gothorum impetu defendunt Minerva et Achilles 5 6. gentiles landabant pro se oracula: ecce Christiani proferebant alia militantia pro se. servata fuerant passim statuae et simulacra sanctorum virorum in medio incendio, servati libri sacri, puniti tyranni sacrilegi et al. eodem exemplo servata videtas lib. 5 24 signa Iovis et Minervae incensa curia Cpolitana, et punitus sacrilegium Stelichonia et Serenae 5 38. hominum istorum eas contentio- nem mutuo fuisse equidem nullus miror: sed melioribus saeculis virorum do-ctorum animos ad haec obstupescere et haerere potuisse miror.

p. 626 adolescentum, manibus excutient nonnulli, qui de Zosimo nihil nisi quod sacris Christianis infestus fuerit inaudierant. verum hoc ei factum opprobrium bene diluit cl. editor. nec alienum erit omnino illius aetatis mores perditos cognoscere; et tenere, imperatorum aulicorum monachorum vitam nihil fere habuisse quod Christianos a gentilibus discerneret, praeter odia diversarum partium diversa. nec vero, nisi corruptissimis hominum ingenii moribusque, tantae rei publicae corruptelae, tam alienae a communii utilitate voluntates, tam superstitiones de rebus divinis humanisque persuasiones obtinere potuissent.

Nihil itaque, nisi quod aut utile sit aut in utilitatem verti possit, habet nova Zosimi editio; cuius descriptionem cl. editor recte ita instituit, ut non intra verborum critici operam suam contineret, sed rebus narratis quoque illustrandis aliquam studii partem addiceret. qua in re ipsi hoc videndum erat, ne, imprimis in priore operis parte, qua antiquiora strictim percurruntur, nimis disertus esse vellet. in extrema sane parte desiderabam interdum diligentiorem rerum illustrationem: facile tamen intellexi in multis esse Zosimum auctorem unicum, in aliis praecipuum; quae autem ab aliis memorantur, non esse locupletiora aut luculentiora; iis vero qui disputata super his historiis cognoscere volent propositos esse Tillemontii et nuper Gibboni libros; de barbaris pleraque esse diligenter tradita a Moscovio, breviores autem notitias exstare in opere Guthriano (imprimis t. 4 5 p. 1 et 4, t. 15 p. 1). ceterum de consiliis suis cl. editor ipse lectorum satis diligenter edocuit, neque eius opera et doctrina nostra commendatione indiget: specimina eruditionis suae ille, ab eo inde tempore quo seminarii philologici sodalitio adscriptus erat, proposuit cum alia, tum reportatam bis in societate antiquaria Casselana palmam, alteram qua ad victorem proximo loco accessit, *de luxu Atheniensium*, alteram victricem, *de condicione servorum inter Graecos eiusque vicissitudinibus*; quarum neutram a societate prelo excusam esse impatienter ferimus; tandem tertiam palmam principe loco super quaestione a societate Regia Gottingensi proposita *de re metallica veterum*. nuper quoque *de origine et ratione quaestionis inter Graecos et Romanos* commentatus est, cum summos in iure honores consequeretur.

F R I D . S Y L B U R G I I P R A E F A T I O .

Zosimeae historiae nihil huicunque typis publicatum fuit praeter duos libros priores, quos H. Stephanus cum Herodiano novem abhinc annis in lucem edidit. in ceteris libris usi sumus duobus exemplaribus calamo exaratis, quorum unum Aeimerius Thuanus pro singulari erga rem literariam studio e Leonclavii apud Fr. Pithoeum codice suis sumptibus exscriptum nobis communicavit et Ioannes Opsopoeus cum archetypo contulit, alterum amplissima Palatinorum Electorum bibliotheca suppeditavit e Baptistae Egnatii bibliotheca profectum; cum quibus etiam primi duo libri a nobis collati et aliquam multis in locis partium suppleti sunt partim emendati. quod eo nomine hic praemoneo ut doctis constet quae quibus in huius scriptoris editione debeatur gratia. in annotationibus etiam hisce suum cuique tribuetur, Stephano Leonclavio et ceteris, a quibus aliquid ante nos ad huius auctoris expositionem est collatum.

©

Johann Friedrich

p. xv IO. FRID. REITEMEIERI
DISQUISITIO IN ZOSIMUM
EIUSQUE FIDEM.

Quae de **Zosimo** non tam adversam ac quidam alii vetustatis scri-
constant. **E**t si Zosimus non tam adversam ac quidam alii vetustatis scri-
ptores expertus est fortunam, quorum praeter nomen ac scripta
nihil aliud ad aetatis nostrae memoriam pervenit, haud meliori
tamen ad vitam eius pernoscendam versamur loco quam si nomen
eius prorsus olim ignoratum aut a nullo veterum commemoratum
fuisse. qui enim antiquorum de Zosimo eiusque libris historicis
dixerunt, Euagrius Photius et Nicephorus, nomini ipsius omnes
infesti exagitantesque eum ut addictum superstitionis sacris ho-
minem, nec quicquam afferunt quod ad vitam Zosimi illustran-
dam ac scripta eius rectius diiudicanda inservire possit. in tanta
eorum cupiditate traducendi et exagitandi Zosimum si quid iis
innotuiisset quo potuissent famam nomenque eius adspargere apud
posteros ac fidem elevare, non omissum id ab inimicis eius fuisse.
manifestum itaque est monumentorum inopia haud plura
de eo tradendi copiam fuisse quam quae ex ipsius scriptis colli-
gere et conquirere liceret. quare cum ea nobis ait in vitam eius
inquirentibus condicio, ut alieni subsidii spe abscissa acquiescen-
dum sit in iis modo rebus quae studio ac lectione assidua ex eius
historia possint erui, eo impensior in iis eliciendis cura nostra
esse debet, quanto maior huius cognitionis usus esse potest cum
ad scriptoris consilium sollerter examinandum, tum potissimum
ad fidem eius accuratius explorandam ac diiudicandam. *)

*) De Zosimo vid. Fabricii Bibl. Gr. t. 3 p. 605. Hankii Script. Rom.
p. 1 p. 180 et p. 2 p. 316.

De aetate Zosimi, de qua ut principe quaestione priore loco Aetas Zosimae disceptare placet, sententiis, ut in re incerta ac dubia, variatum simi. a viris doctis est, dum alii eam ad Honorii, alii ad Anastasii p. xvi tempora referendam censerent, adeo ut eorum qui maxime inter se opinionibus disrepant tantus sit dissensus, ut per saeculi spatium aetatem nostri auctoris incertam ferri et fluctuare videamus. Lambecio *) quidem historicam nostrum Olympiodoro antiquorem facienti collocantique intra annos 410 et 425, quippe terminos utriusque scriptoris historiarum, iocirco non adstipulamur, quod Olympiodorus, cuius nomen diserte commemoratum a Zosimo non sine vi et contextus iniuria loco moveri ac pro glossemate eius potest, certissime Zosimo aetate superior fuit. iam Sexius **) ad aliquanto seriora desoendens tempora, indicio carminis Syriani a Zoaimo laudati, intra annum 431, circa quem Syrianus floruit, et 433 aetatem illius includit. ad multo sane inferiora relictus Zosimus tempora ab Henrico Valesio, qui duobus subnixus argumentis Anastasii imperatoria eum aequalem fuisse credit, primum quod Syriano, cuius apud Zosimum mentione, Proclus Diadochus, Anastasii aequalis, praceptor usus sit, deinde quod Zosimum sophistam Anastasii regno florentem Suidas commemoraret. quis vero sit quin intelligat argumenta adeo imbecilla fidem facere nullam ei sententiae posse? nam quod Procli Diadochi praceptorum Zosimus laudat, non iocirco fit quod discipuli illius sit aequalis aetate habendus, quandoquidem Syriani mentio ab omnibus iis fieri potest qui post eum vixerent. porro non magis certum est Zosimum sophistam, quem Suidas laudat, cum historico nostro pro eodem esse habendum: ex contrario a Suida historiographum, nisi ignoratum, saltem cum alio eiusdem nominis confusum fuisse vel inde demonstrare possumus, quod, quamvis ex Zosimi historia ad literam quedam loca descripta suo operi inseruerit, ***) nusquam tamen mentionem p. xvii eius fecit certam et luculentam. ex argumentis igitur, quibus dubiam aetatem Zosimi stabilire et ad certum tempus adstringere

*) Biblioth. t. 6 p. 183.

**) in Onomast. t. 1 p. 498.

***) ne existimemus Eunapii, quem Suidas excerpit et Zosimus brevivavit, loca esse ea quae in utriusque operibus similia deprehendimus, cum alia tum maxime cap. 7 libri 1 Zosimi prohibet, quod eorum temporum continet res quae ab Eunapio non attingebantur.

allaboratum a viris doctis, unum tantummodo est satis validum, quod ex Syriani facta commemoratione patet Zosimum ante eius aetatem non vixisse. ceterum pro certo ponere licet vixisse ac scripsisse Zosimum medio inter annos 431 et 591 tempore, quippe quod primo anno floruit Syrianus, qui ultimus laudatorum a Zosimo scriptorum est, et scripserit postremo Euagrius, qui primus eius, quod scimus, mentionem fecit. fluctuat sic aetas historioi nostri intra centum et sexaginta annorum spatium: veruntamen duo argumenta ex ipsius historia elici possunt, quibus eam ultra citroque artioribus limitibus ita includere speramus, ut sub extum saeculi quinti collocandam esse probabile fiat, postquam res Romana in provinciis iam corruerat.

Primum Zosimus, ubi sui ipsius aevi calamitates deplorat, eam esse imperii fortunam ait ut Romanis vix quicquam pristinae supersit magnitudinis, dum provinciarum aliae barbarorum potestatis factae, aliae ad eam solitudinem redactae sint ut ne urbium quidem situs cognitus sit. *) ea esse scriptoris qui non infractam ac debilitatam imperii vim cerneret, sed iam ipsam ruinam in oculis haberet, quis est qui non perspiciat? prefecto non Honoriq, quo regnante vis illa Romanis adeo fatalis etiam ex Zosimi sententia primum ingruere coepit, aequalem putabimus eum qui urbium vastitie deletarum vestigia iam nulla superesse aetate sua profitetur: verum ut is longo satis intervallo vixerit post Honorii aetatem, necesse est. ne quis vero exinde, quod plurimam tantum provinciarum partem scribat a Romanis amissam, adeoque stetisse adhuc, rebus nondum prorsus extin-
p. xviii ctis, aliquam imperii speciem, colligat inferatque in Italia ser-
vatas fuisse imperii occidentalis quasi reliquias, alias locus pro-
hibet, in quo prorsus interisse ait imperium. **) alterum argu-
mentum, quod Zosimi potest aetatem definire, hoc est: Zosimus professus, ut Polybius rerum Romanarum incrementa narraverit, ita se earundem ruinam exponere, utriusque fere fortunae ita exaequat tempus ut ruinam similiter ac incrementa imperii haud longo temporis spatio inclusam fuisse scribat. ***) Polybio autem annos quibus creverint imperii res numerante quinquaginta fere et tres, Zosimum rebus imperii occidentibus eundem fere

*) 3 32, 4 59.

**) 4 21.

***) 1 1 et 57.

attribuisse annorum numerum necesse est. quo posito, Zosimum ab eo tempore quo ruere res Romanae et collabi coeperunt, adeoque inde ab anno divulsi per Theodosium et inter filios Arcadium et Honorium divisi a. 395 imperii, saeculi fere dimidia parte, adeoque circa occidentalis regni exodium, vixisse credemus. quare nec mirabimur Euagrium, ad centum annos ex computo nostro a Zosimi aetate remotum, cum obliterata iam ipsius inter homines memoria historia eius solum exstaret, num vixerit Arcadii et Honorii regne ambigere.

Quae de reliquis ad vitam Zosimi pertinentibus rebus ex ipsius scriptis eruere licet, ea non magis copiose aut citra omnem dubitationem tradi possunt quam quae de aetate eius inde sumpta docuimus. si fides habenda inscriptioni quam historia Zosimi habet (et genuinam esse, confirmare Photii eam repetentis testimonium videtur), *comitis et exadvocati fisci dignitatem obtinuit*, cui satis ingens decus ac locum illustrem adiunctum scimus. sexaginta enim viri illi quorum in numero Zosimus erat, ex advocatis centum et quinquaginta in foro praefecti praetorio, ut curam fisci haberent, aut singulis annis aut biennio quoque electi, satis magnis utebantur privilegiis, et praeterlapso quo fisco ut patroni praeerant tempore non modo dignitatem ac privilegia pristina retinebant, sed titulis insuper virorum spectabilium condecorati inter comites consistorianos referebantur. inde si inferimus Zosimum iuris rerumque fiscalium fuisse peritum, et Cpolim, nisi patriam, saltem sedem ei fuisse, a probabilitate id non abhorret. id tamen mirum videbitur, quod Zosimus, qui gentilis superstitionis cultorem se in suo opere profitetur, eo tempore quo patrii ritus ac caerimoniae iamdudum imperatorum edictis profigatae abrogataeque essent, et dignitatem illam nactus et pietatem Christianorum imperatorum exagitare ausus est, nisi credamus eum occultasse ea quae in Christianam religionem scripsérunt, nec nisi post eius mortem ea in vulgus prolata fuisse.

Quae de Zosimi aetate dignitate ac munere, doctrina vita et religione protulimus, ea quamvis neque multa neque satis certa sint, possunt tamen demonstrare historico nostro non modo vera percutiendi, videndique multa quae traderet, in oculis ipsius posita, facultatem fuisse, sed animum etiam eius, religionis diversitate occupatum, abhoruisse a studio palpandi imperatoris,

quod Christianorum hominum ea tempestate infecerat animos, ut falsissima quaeque traderent, alia vera occultarent. enimvero altera ex parte suspicari licet ad nimiam gentilium laudationem eum proclivem et in exponendis Christianorum rebus iniquiorem fuisse, animo quoque tum ipsa religione contactum, tum rerum in quibus exponendis versabatur atrocitate aliquam aerbitatem fuisse iniectam, ita ut reprehensionum, quibus calamitatis publicae auctores, Christianae religionis cultores, sectaretur, accrimonia in iniquitatis suspicionem incideret, et sugillatoris potius quam historici candidi munus gessisse videretur.

Consilium auctoris. Scribendi interitum rei Romanae aperiendique calamitatum causas consilium ex Polybii, qui candem florentem et rerum incrementis auctam explicaverat, *) imitatione initum, ac pro cultu literarum aetatis Zosimeae, quae longe iam desciverat a vera et ingenua ratione historias scribendi, satis laudabile et Polybio p. xx dignum videtur. in argomento tamen suo pertractando Zosimus non ita versatus est, ut eius ad cuius imitationem consilium et studium direxerat virtutes, sagacitatem et sollertia inveniendi rerum causas quidque exinde sequatur videndi, et orationis ubertatem aequaret aut proxime accederet. ordine tamen rerum enarrandarum satis apto ad suum consilium usus est. antequam enim ea attingat tempora quibus res Romana in peius vergere ac labare coepit, et quae scribendo persequi ipsi maxime propositam erat, altius repetita calamitatum origine ad Augusti regnum redit, et quid rebus Romanis mutata ab eo imperii forma invectum sit incommodi, aperire et illustrare studet. cum autem orbis Romanii antiquam faciem ac condicionem legentibus cognitam et perspectam esse vellet, ita commode moderatus est institutum suum, ut quo magis ad postrema tempora progrederetur, eo copiosius res exponeret. quare brevissime explicata est annorum fere trecentorum historia, libro primo comprehensa, copiosius aliquantum posteriores res, quae secundo tertio et quarto libro continentur et vix saeculi spatium complent, res Constantini et deinceps ad Theodosium usque imperatorum. quibus quasi praefaminis loco praemissa cum accessum sibi ad argumentum suum praestruxisset, oratione iam latissime fusa et impensiori

*) 1 59. cf. 3 32, 4 59.

aliquo studio, quae Arcadio et Honorio imperantibus urgere Romanos eorumque rem publicam evertere coeperunt mala, emarare pergit. ea etsi satis praeclare et cum laude peracta sunt, id tamen reprehensione hand caret, quod Zosimus ultra imperatoris primum rei publicae impositi tempora retro exspatiatus ea quoque attingit quae gentis adeo Romanae origines anteverterunt, quodque exponit quae apud Persas Graecos et Macedones principatus vicissitudines fuerint. qua in re, etiam ad imitationem Polybii ea a Zosimo adumbrata sunt, iudicium tamen hominis desideres: nam aliena erant ab instituto, quod ad casum et excidium imperii Romani spectabat. quod autem magis ad rem faciebat, ut quemadmodum Polybius incrementorum, ita ipse occasus rerum comparationem institueret, id, quamvis mouere p. **xxi** eum argumenti ratio potuisse, non animadvertisse videtur.

Aliam, et eam quidem omissionis, culpam sustineret Zosimus, si, ut vulgo putatur, historiae suae eo quo nunc eam terminatam videmus anno finem imposuisse, et quae praecipue ab eo erant pertractandae posteriorum temporum res, non adverso aliquo fato ab opere instituto depulsus, sed consulto et sua sponte omisisset. verum ut in aliam abeamus sententiam et statuamus aut Zosimum seu morte seu alia qua sinistra fortuna impeditum fuisse quo minus historiam ultra annum 410 continuando excidium imperii eiusque causas explicaret, aut partem operis ab auctore ad finem perducti temporis iniuria intercidisse, id pluribus certissimisque rationibus monemur. aperte profitetur Zosimus suum consilium perduendi historiam ad suam aetatem, *) quae ab anno in quo historia eius nunc subaistit plus ferme quam sexaginta annorum spatio distat. porro desiderantur causae calamitatum quibus urgebantur Romani, et oracula quibus occasus imperii praedictus, quanquam in fine historiae utramque rem se afferre et docere velle pollicitus est. **) satis rationum est ad intelligendum iacturam Zosimum in postremis libris fecisse, cuius ipsius rei vestigia adhuc in mutila periodo ultima extant. quamobrem etsi manifestum sit Euagrium et Photium non pleniorum Zosimi historiam quam nos habuisse, non illud in aliam sententiam adducere nos potest: illud modo inde intelligitur, istam

*) 4 59.

**) 1 58, 4 28.

iniquam sortem historiae Zosimeae iam ante Euagrii aetatem contigisse: nam si absolutam eam suis numeris habuisset, plura ex eo in rem suam allaturus fuisse.

Amissa autem parte quae praecipua erat operis, in qua rebus exponendis cum copia et ornata ingenium auctoris et ars nobilitari poterat, in libris qui supersunt, quattuor prioribus, virtutes eius exigendae sunt ad epitomatoris potius quam ad historici, quem vocant, pragmatici leges, nec ultra quicquam in iis requirendum quam quae in breviariis spectantur, rerum vera et accurata expositio et perspicua ac concinna oratio; quae quidem virtutes non modo eum non deficiunt, sed alii insuper ornamenti, rerum delectu bono et iudicio idoneo sunt auctae. neque tamen omnino vitiorum illud genus vitavit quod breviantium esse solet. sunt enim nonnulla male omissa, alia perturbata ac confusa dicta, passim aliena intermixta, id quod in iis maxime locis accedit ubi in religionis suae superstitiones inciderat; *) temporum autem ratio rarissime notata est, interdum confusa. attamen vitia illa neque tanta sunt neque tam multa, praecipue in postremis libris, in quibus et orationis copiam maiorem et diligentiam curamque impensiorem deprehendere licet, ut iis virtutes eius obruantur; sed maior eius erit virtutum laus quam vitiorum reprehensio.

Cum in postremis libris, qui periere, locum, qui esse debuit historiae illustrissimus, de calamitatum et ruinæ imperii Romani causis pertractaverit, non incommodum videtur istas causas ad excidium regni adeo efficaces, quantum licet, ex reliquis libris, ubi eas obiter attigit, eruere et hic subiucere, cum res sit et per se satis gravis et ad recentiorum hominum, qui iisdem causis investigandis vacarunt, iudicia comparanda utilia. **)

*) e. g. 4 6 et 18, 5 41.

**) Recte monuit v. cl. totam fere eam historiae partem, e qua maxime censenda erat Zosimi fides et auctoritas, sub finem libri interiisse. tradidicerat in ea cum modum rationemque tum causas excidii imperii Romanorum, idque ita persecutus erat ut ad Polybii exemplum se componeret; quod quidem ipse Zosimus testatur lib. 1 c 1. cf. 1 57. iis tamen locis quae adhuc extant, quoties causas excidi commemorat, non satis sibi constare videtur: nam illo loco id maxime sibi propositum habere videri vult, ut declareret fato omnes rerum humanarum inversiones fieri, fato quoque rem publicam Romanam ad exitium properasse; aliis locis (inpr. 2 7, 4 59, 5 28, 5 41) a contemptu sacrorum patriorum causas exitii repetit. nisi forte rem ita ex eius sensu expedientiam putabimus, fatale rei publicae Romanæ fuisse ut

Originem malorum a mutata civitatis liberae forma repetendam esse prime loco censem. *) commissio imperio vasto, tantasque provincias populos maria terras complexo, unius hominis arbitrio, non potuit ille amplius, etiam si administrationis habere curam vellet quam maxime, rebus rite gerendis par esse. quanta enim opus erat vigilancia et alacritate, ut provincialis tanto intervallo ac longinquitate dissitis ac remotis tempestive succurreret, quanta sagacitate in exquirendis iis quos pro magistratibus p. xxiii mitteret, quanta prudentia, iudicii vi, divina mente in innumeris rerum ac negotiorum generibus! cum autem plerique imperatores ab hac rerum administrandarum cura ad libidines et voluptates veris essent animis, omnia ea mala succedere nesse erat, quae imperium Romanum afflixisse notius est quam ut nunc declaratione nostra opus sit.

Novus gravium malorum auctor exstitit Constantinus, qui institutis novis ac perniciiosis maximum rei publicae intulit vulnus, non quidem praetorio extincto, ut recentiorum nonnullis visum, itaque nec ulla aut laude aut reprehensione addita eam rem commemoravit Zosimus: **) verum eo. Constantinus gravissime in rei publicae salutem peccavit et indicante Zosimo cala-

Sed etiam
causarem
quibus im-
peri exci-
dium ad-
cepit.

sacris patriis desertis ad interitum rueret; ad contemptum sacrorum spectare, quod praedictiones variis generis, quibus hac de re monebantur homines, fuere spretae ac neglectae. qua quidem in re eti nihil esse potest minus optabile quam praedicti res, quarum eventus nullo modo evitare potest: quis enim non maius fore beneficium intelligat eins qui aut futura, si mutantur, omnino non manifestet, aut si futura aperit, quomodo tristia et acerba avertenda sint, insuper doceat? sed in hoc non magis homines sibi constant quam in tot aliis, quae ad gravissimos vitae humanae casus sponte, fatalis quoque necessitatibus notionem habet parum constitutam: ad Parcas enim eam referit, seu ad siderorum motuum revolutiones, seu numeris voluntatis faventem iis quae pro virium nostrarum modeo et secundum ius et aquam suscipiuntur; †) inde constare subiicit, divina providentia res humanas administrari; ‡‡) quod quidem ad tertiam mode sensum memoratam, numeris voluntatem, referri posse videtur. HEYN.

†) Ita fere accipimus verba obscura et partim corrupta, 1 1: η θιοσ βούλησιν τοις ἐψ' ήμιν μετά τοῦ δικαίου ἀρόλουθον αὔσαν.

‡‡) Obscura vero et hic oratio: δόξαν — τοῦ θελγ τινι προνοίᾳ τῆν τῶν ἀρθρωτίων ἀπεγχράφθαι δολχησιν. quod esset: attributam esse, creditam esse, divinas providentias; quo sensu alias esset ἐπιτερράφθαι. sed suspicor fuisse scriptum ὑποεγχράφθαι, delineatam, informantam, constitutam esse rerum humanarum administrationem per divinas aliquam providentiam.

mitatum deinceps omnium semina iecit, quod parum de imperii securitate sollicitus milites, quibus commissa finium cura erat, avocatos per mediterranearum provinciarum urbes dissipaverat.¹⁾ nam ista imperatoris imprudentia non modo barbaris liberiores per limites praesidio nudos excursiones erant, sed milites etiam urbium, quas custodia nulla egentes insidebant, deliciis et luxuriis fracti a disciplinae severitate desciscebant. militum corruptelis et licentiae Constantinus alio etiam instituto accessionem attulit, cum numero praefectorum praetorii aucto et potestate rerum et civilium et militarum, quae antea copulata in unius magistratus manu fuerat, inter plures divisa et imminuta, insuper praefectis praetorio in milites ius ac potestatem ademit. nam eo factum est ut milites reformidantes antea praefectos, quod hi stipendio non dato punire eos ac ocerere poterant, posito metu solute et licenter agerent.²⁾ sicuti autem Constantinus afficta re militari in summum rem publicam adduxerat periculum, ita tributis gravibus et ad omnium ordinum omnisque sexus molestiam inventis vexare provincias coepit, quae fisci licentia, exactionum acerbitate, magistratum avaritia opibus p. xxiv exinanitae ad extremam inopiam redactae sunt.³⁾ addit his Zosimus tandem hoc quoque, quod imperator deserendo sacra maiorum, per quae, ut Zosimus ex paganorum superstitione sentit, salus et fortuna imperii per tot saecula steterat,⁴⁾ adoptandoque Christianorum religionem, ἀλογον συγχραθει,⁵⁾ deorum tutelam a Romanis abalienavit.⁶⁾ omissa nunc aut impugnatione aut excusatione huius opinionis, id tantum monere liceat, Zosimum, etsi non omnino, quae ex religionis novae, qualis tum erat, adscitae pravis institutis ad Romanos redundasse mala recentiorum nonnullis videntur, animadversa habuerit, instituta tamen monachorum, ut rei publicae exitiosa et neque ad militiam neque ad aliam rem utilia, ad homines vero opibus pietatis specie spoliandos egregie inventa improbare et reprehendere.⁷⁾ quod vero vulgo credunt, religionis Christianae praeculta valuisse ad debilitandos militum animos virtutemque

1) 2 34. 2) 2 33. 3) 2 38. 4) 2 7 et 29.

5) 4 59. 6) cf. 4 33 et 37. 7) 5 23, ubi praedicta ait Zosimus monachos sub praetextu, quasi cum pauperibus sua omnia communicarent, omnes ad paupertatem et inopiam redigere.

bellicam frangendam, id Zosimus diserte quidem et satis dilucide nusquam dixit, tamen obscure illud quibusdam in locis significatum ire videtur: ¹⁾ quam vero exitiosum rei militari interdictum illud fuerit quo exclusi sacrorum cultores patriorum a militia erant, ²⁾ verbis ab eo minus ambiguis declaratur.

Disseminatis ita per Constantimum malorum causis, postquam bellica virtus et rei militaris cura, quae in Iuliano et Valentiniiano erat, ³⁾ vulnus inflictum imperio aliquantum lenierant averterantque ad tempus mali clam serpentis vim et exitum, Theodosius, Romanorum primum virtute sua sospitator, pravis perniciosisque deinde in re militari institutis, luxuriosa vita et, quemadmodum Zosimus opinatur, religionis maiorum odio et Christianae studio, ⁴⁾ eversor imperii factus est. peccatum in p. xxv militia, quod magistros militum creavit quinos, et ceteros qui copiis praecessent, praefectos alarum, duces turmarum et tribunos numero plus quam duplo auxit, quo factum est ut eorum avaritia magnopere vexarentur milites, fraude subtractis iis quae ex fisco praebebantur. ⁵⁾ res autem maxime rei militari exitiosa fuit barbarorum ingens multitudo, quam Theodosius longe numerosissimam alere atque legionum adscribere numeris instituit. tanta fuit eorum multitudo ut Romanis numero paucioribus iniicere metum et rei publicae tranquillitatem turbare facile possent. ⁶⁾ militantes apud Romanos barbari, aut ex captivis aut ex hostibus adsciti, corrupti insuper annona ac muneribus, quibus donabantur supra milites reliquos, soliores insolentioresque erant; ⁷⁾ praeterea habiti sunt adeo negligenter ut, militum descriptione nulla facta, iis redeundi ad suos et, si ipsas militiam facere displiceret, alios suo loco mittendi oopia fieret. ⁸⁾ barbari isti nulli disciplinae assueti, insolentissimi, seditionis ⁹⁾ ac dissidentes a Romanis, ¹⁰⁾ non verebantur cum popularibus agros colentibus Romanos conspirare, ¹¹⁾ et ubi nacti in regia summos honores essent, Romanis, quibus se praestare virtute cernebant, despctis tumultus ac turbas ciere. ¹²⁾ itaque huinmodi hominibus, qui Romanis non praesidio sed detimento erant

1) 8 3 ibi not.	2) 5 46.	3) 3 3, 6 3, 4 3.	
4) 4 59.	5) 4 27.	6) 4 30.	7) 4 39 34
40 33.	8) 4 31.	9) 4 30 33 39 56.	
10) cf. 5 34.	11) 4 26 et 31.	12) 4 54 et 56.	

eorumque avidissime inhababant opibus, ad copiarum, quae a
spicante Theodosio regnum admodum imminutae fuerant,¹⁾
augendum numerum receptis, atque commissa iis imperii custo-
dia, facile p[re]aevideri poterat ad ultimum discriben adductum
imperium iri, cum primum imperatores rem publicam capessi-
vissent quibus ad coercendam barbarorum insolentiam virtus
decesset. et tales imperatores imperium nactum est filios Theo-
dosii, eius successores. tandem idem imperator gravis in cives
molesta exactione pensionum esse, et quae reliqua provinciis
barbarorum praedatio fecerat, spoliare sibi coepit,²⁾ ut non
modo barbaris imperii custodibus stipendia p[re]aeberet,³⁾ sed in-
dulgere etiam voluptatibus, quibus diffuebat, posset. sumptus
enim faciebat inamericos in mensam, cui inserviebant coquorum
ao pocillatorum turbae,⁴⁾ et in theatri spectacula obscena,⁵⁾
eademque luxuriei alios gliscente peste infecit. provinciae tri-
butis impositis summaque severitate exactis,⁶⁾ iure venali,⁷⁾
magistratibusque avaris commissae,⁸⁾ opibus virisque exhau-
stae tam miserabili condicione erant, ut aliis in locis solitudo
facta esset, aliis homines non tam viverent quam spiritum du-
cerent, quibus vita intolerabilis (*βίος ἀβλατός*) esse videretur.⁹⁾

Succedentibus tandem parenti Arcadio et Honorio, stupidis
ac stolidis hominibus, ruina imperii celerime approporata est.
ea erat hominum, quorum tutelae utriusque imperii domini com-
missi erant, aviditas et rapacitas, ut locupletum domus expila-
rentur,¹⁰⁾ et provinciae oppidaque exinanita pecunia, cuius
inopia et Romam ipsam tenuit maxima,¹¹⁾ destituerentur ha-
bitatoribus, qui barbaros pro liberatoribus potius quam hostibus
ducebant.¹²⁾ viribus igitur imperii ita accisis ut non suppeteret
pecunia qua aut barbaros, si incursionum ab eis periculum
esaet, delinire, aut milites, quibus eorum impetus coerceretur,
alere possent, provincias orientales primum barbari adorti sunt,
cum interea intestinis odiis discordiis flagitiis conflagrarent omnia;
et prope erat res ut rebellione Gainae et Tribigildi, qui duces

1) 4 29.

2) 4 29.

3) 4 59.

4) 4 28 et 50.

5) 4 33 et 50, 5 7 et 25. cf. 4 83. 6) 4 41 et 52.

7) 4 50 et 40 et 52. 8) 4 28 et 37 et 40. 9) 4 29.

10) 5 12 et 1. cf. 5 5 et 25. 11) 5 4. 12) 4 29,

2 38.

barbarorum erant, tanquam uno icta omnia corruerent. ¹⁾ su- p. xxvii
stentabat interim Stilicho, quem ultimum imperii columen ha-
bebant Romani, labantes provinciarum ad occasum res, ²⁾ do-
nec eo sublato extrinsecus illata vis rem Romanam penitus pes-
sumdedit. Alarichus enim in provincias Romanorum effusus cum
ingentem multitudinem tam barbarorum quam servorum, quae
ad eum confugerant, in fidem receperisset eisque suum robur fir-
masset, ³⁾ Romanos consilio prudenti destitutos, et praesidium
neque in fide barbarorum ⁴⁾ neque in ducum suae gentis vir-
tute ⁵⁾ habentes, ita affixit ut, exstincto ferme nomine Ro-
mano, provinciae extra Italiam fere omnes aut vastitie deletae
aut barbarorum dictionis factae essent.

In his calamitatibus imperii Romani causisque et origine ea-
rum explicandis cum Zosimus satis sollerter et cum laude versa-
tus sit, id tamen miramur, quod Alarichi primum in Italiam
descensum plane omisit, et Alanorum Vandalorum et Suevorum
in Galliam irruptionem obiter tantum attigit, ⁶⁾ cum tamen utra-
que calamitas ad excidium imperii efficacissima extiterit. quae
obsidionem Romae secundam seu tertiam, cuius noster in fine
historiae mentionem facit, exceperunt mala et ultima Italiae clau-
des, quandiu ibi imperatoriae dignitatis umbra exstitit, ea in
Zosimi historia fortunae iniquitate desiderantur, quo efficitur ut
calamitatum imperii expositio haud ad finem perducta sit. tan-
dem orbis Romani haec fuit Zosimi aetate facies ac fortuna.
omnia a barbaris tenebantur; pleraque ab iis provinciae erant
occupatae, ceterae aut sui iuris factae aut agris oppidisque va-
statis desertae, adeo ut urbes aliae ita a fundamentis excisae
essent ut vestigia vix hominum oculis cognosci possent, aliae
haberent incolas, sed raros egenos et ad extremam miseriam
redactos. ⁷⁾ ingeniorum, quorum quasi segete olim res huma- p. xxviii
nae viguerant, sterilitas invaluerat maxima, ⁸⁾ et virtus bel-
lica ⁹⁾ ac literae, ¹⁰⁾ quibus florebant olim Romani, penitus
eos destituerant.

¹⁾ 5 13 – 23. ²⁾ 5 34. ³⁾ 5 42. ⁴⁾ 6 9.
5) 5 86. 6) 6 3. 7) 3 7, 4 59, 8 32, 2 38 et 34.
8) 1 1. 9) 5 41. 10) 5 24.

Fides Zosi-
simi.

In pervestigandis et explicandis rerum Romanarum ad ruinam vergentium causis quanta fuerit Zosimi sagacitas, cum satis ex his manifestum sit, iam fore speramus ut ad existimationem suam aquiores nanciscatur arbitros. hos quo minus inter superiorum temporum homines habuerit, partim fides eius suspecta partim religionis ratio in causa fuit; quo factum est ut criminatio potius quam laudis fama celebre nomen ipsius in ore hominum ferretur. ad fidem igitur Zosimi explorandam cum disquisitionis nostrae cursus procedat, videndum est, illa qualia sint, quae animum eius ocoaecare ita potuerint ut res falsas et erroneas traderet; qua quidem via intelligi poterit non modo qualis in eo sit malae fidei labes, sed etiam quibus in rebus quibusve locis potissimum falsa tradiderit; denique, probatione tanquam in trutina facta, perspici poterit quaenam sint ea in quibus auctoritas eius et utilitas integra et nulli suspicioni obnoxia maneat. laudamus et probamus scriptorem, qui quando non suae sed superioris aetatis historiam enarraturus est, auctores sequitur bonos, aetate proximos aut aequales, et in rebus explicandis copiose scite et cum fide versatos, qui porro eorum talem usum facit ut res conquisitas, iudicio subtiliter facto, accurate transferat et in suum usum vertat, ita ut praeiudicio mentis nullo, quod a veri sensu abducere possit, ad historiam conscribendam accedat, qui tandem nec studio nec odio alienatus a veritatis praecoptis recedat. quatenus in hunc censem Zosimus referendus sit, in sequentibus apparebit, ubi eum ad singulas historici diligentis ac fide digni virtutes exegerimus.

Primum a scriptorum, quos secutus est, auctoritate vix aliqua adversus eum criminatio causa arcessi potest, quandoquidem Dexippus Eunapius et Olympiodorus, quorum auctoritatem Zosimus secutus est, partim dignitate partim doctrina conspicui et graves fuerunt scriptores. scripsierunt suae quisque aetatis historiam et res quae ipsis maxime ante oculos erant; narrationis genere non compendiario et epitomatoribus solenni usi sunt, sed res diserte et accurate exposuerunt, quamvis a concinnitate parum commendata esset oratio. laudes istae etsi praecipue ad Dexippum et Olympiodorum pertinent, quorum fides nulla, ne ob religionem quidem paganam, suspicione afflita fuit inter veteres, Eunapio tamen, qui diversum ab illis vitae genus secutus

literis operam dederat, auctoritas debetur haud minima, vel invito Photio, qui fidem ei ut sugillanti Christianos abrogat. nam iudicio suo, quo fidem eius evertere Photius studet, non modo firmamentum ullum non adiunxit, verum etiam satis dilucide prae se fert invidiam, qua istorum temporum Christiani homines incensi non verebantur, quicquid in paganis laude dignum esset, elevare, eosque, si de rebus Christianorum severius indicare ausi essent, exagitare ut calumniatores et oonviciis lacerare. osterrum Eunapius non suae modo aetatis res erat persecutus, sed ad saeculi fere spatium regressus historiae suae primordium a regno Clandii secundi fecerat, quo Dexippus, aequalis eius, suo operi finem imposuerat. fuisse Eunapio in ea operis parte, qua res suam aetatem antegressas exposuerat, auctores haud contemnendos rerumque et civilium et militarium haud imperitos, vel ex Zosimi breviario, quod ex Eunapio confectum est, intelligere licet; praeterea nonnullas res, ut vel ipse in Vitis Sephistarum innuere videtur, a philosophis Maximo et Prisco, qui ut praecettiores Iuliani summa eius familiaritate usi, eiusque expeditionibus consuetudinis habendae causa ab eo ducti interfuerant, tradita accepérat. quodai Eunapii non eadem fides et auctoritas fuit quae Dexippi et Olympiodori, Zosimi etiam hactenus pro diversitate fontium, unde hausit, non una eademque erit auctoritas, poteritque de ea iudicium fieri in primis in libri primi qua- p. xxx draginta capitibus prioribus, inde ad libri quinti caput vicesimum fere sextum, et in postrema parte historiae. in priore enim loco, quod satis constat, Zosimus secutus est Dexippi Synopain historicam, in altero, qui maiorem operis partem constituit, Eunapii Chronicon, in ultimo Olympiodori Silvam. *)

Ex scriptorum itaque, quos nominavimus, auctoritate pen- det Zosimi fides. interea tamen ille etiam sua quaedam attulisse videri debet sibiique propria. non enim e genere epitomatorum et breviatorum habendus est, qui, servili opera scriptoribus in compendium modo redigendis addicta, neque fidem eorum neque vestigia relinquunt. occupat quasi medium inter utrumque historiorum, qui proprio eo nomine appellantur, et abbreviatorum genus locum Zosimus, ut non modo suum consilium et propriam

*) Copiosus de ea re egi in Biblioth. Philolog. t. 2 1780 p. 225 seqq.

instituti rationem sequatur, resque ex auctoribus petitas ad eam accommodet, recisis aliis, aliis modo plus modo minus coartatis, sed ut aliis etiam scriptoribus, praeter Dexippum Eunapium et Olympiodorum, in auxilium vocatis et adhibitis eos, quos sibi maxime duces elegit, emendet aut suppleat. verum in hac opera Zosimo interdum humani aliquid accidisse negari nequit. non enim ubique satis sibi cavit quo minus narrationem obscuraret, omissis quae scitu erant necessaria; id quod in contrahendis prolixioris ac confusi stili scriptoribus, Eunapio et Olympiodoro, facile incidere potuit, in primis si studium ac diligentiam minorrem quam par erat adhiberet. nec improbabile est praemastro fato Zosimum fuisse impeditum quo minus historiam suam, iterata lectione, acutioribus perlustrare oculis et obscuris locis perspicuitatem reddere posset.

Maiorem aliquis suspicionem Zosimo iniiciat, qui revocato in mentem et consilio, quod ipsi in opere suscipiendo fuit, et opinione, quae de Christianorum religione eius animo inhaesit, p. xxxi id eum molitum esse meminerit, ut ostenderet in maiorum spretis adscitisque Christianorum sacris positam esse calamitatum, quibus Romani vexarentur, causam. metus inde subit ne Zosimo idem acciderit, quod evenire solet illis qui student accommodare res, quas explicare cupiant, ad hypothesis aut opinionem quae ipsorum occupavit animos, ut a veritatis regula vel imprudentes et inviti reocedant, utque in factis eventibusque trutinandis nullum iniuria, quam veritati faciunt interpretando, sensum habeant. vanam autem et inanem commoveri Zosimo suspicionem demonstrant ea loca quae labe ista oporteret esse infecta, si verum quid suspicioni isti subasset. insipienti ea facile patebit auctorem, ubi a prostratis caerimoniis profecta mala dicat, non omissa verarum causarum pervestigatione et expositione maligne ad illam causam omnia revocaase. perspicuum quoque est eum non fraude, quae consulto vera in falsum vertit, sed errore illo quo animus praeoccupatae mente opinioni inservit, abreptum, summatim modo et obiter ea interposuisse quae de malis civitati per immutata sacra invectis sentiret; qua in re communem illam et pervagatam olim inter ethnios superstitionem secutus est, qua salutem civitatum in deorum propitio numine ac tutela positam, si spretis sacris ac contemptis diis caelestium

animi alienati essent et ad iram versi, in discrimine versari et ad ruinam rerum inclinari rem publicam existimarent. quare totum illud reprehensionum genus concidit; neque deletis et expunctis locis iis quibus istam sententiam declaravit, superstitionis, a qua ista profecta erant, ullum vestigium paulo eminentius superfuturum esse putamus. quod ut tanto magis constet, agendum dispiciamus an eo Christianorum Zosimus inoensus fuerit odio, ut non modo nimius in laudatione amicorum et adversariorum reprehensione esset, verum quoque ut ea quae suis infesta et famae eorum aduersa, utilia inimicis essent, silentio opprimeret, et quod maximum crimen est, mutando callide et subdole res aut fingendo mendacia et commenta scriberet, gravissi- p. XXXIII meque adeo fidem everteret.

Quomodo versatus sit aut reprehendendo aut laudando, ubi eius rei opportunitas data esset, si advertimus animum, in universum quidem intelligemus Zosimum, etsi plerunque iudicio in stramque partem abstineat, ad vitia tamen et prave facta, in primis in imperatoribus Christianis, insectanda proclivorem esse, quam ad virtutes et praecclare facta laudibus celebranda; quae quidem eius ad acerbitatem propensitas non magis ab invidia aliqua Christianorum quam rerum narrandarum atrocitate et foeditate animique inde contracta tristitia orta videtur. Constantius enim et Theodosius, quos autores sciebat esse malorum quae rei publicae per militiae ac morum corruptelas importata erant, etiamsi Christianae religionis cultores eiusque adscendae aliis autores non extitissent, tamen in graves reprehensiones incurrire debebant. attamen in rebus Constantini enarrandis nimis stomachosum eum esse credimus, in primis ubi perversi eum animi et malitiosi paulo asperius inculpat; Arcadium autem ob stoliditatem indignius quam par erat exigitari. ex diverso Iulianum quot quantisque exornandi laudibus ob praeclara facinora Zosimo copia data fuit, nihilominus in eximii aut magni, quemadmodum ab ipso praedicatur, imperatoris vita enarranda exhibuit se et in laudando modestum et in iudicandis religionum causis satis aequum, si quidem, praeterquam quod obiter fere sententiam eius a Christiano cultu abhorrentem commemorat, ea quae revocanda sacra maiorum instituerat non modo non laudavit, sed ne mentionem quidem eorum fecit.

Omissionis fraudulentae culpam, cuius raro indicia esse possunt satis certa ad convincendum scriptorem, a Zosimo abesse cum aliis tum potissimum eo probatur, quod Christianorum virtutes et praedclare facta non praeterit, et quae ad reprehensionem idonea erant, consilio nonnunquam omisso videtur. ut autem luculentissime pateat non religione occaecatum animum Zosimi fuisse, monendi tantum sumus eum non modo cum candore referre recte ac praedclare facta, sed laudibus etiam ornare. id quamvis in qualibet historiae parte et in omni Christiani aut imperatoris aut ducis vita perspicuum sit, maxime tamen in Stilichonis iudicio elucet, quem non Eunapii, infestissimi, ut Photius testatur, in Stilichonis famam scriptoris, more dilacerat, sed relichto eo auctoritate Olympiodori vel contra vulgarem Christianorum, qui affectati regni eum arguebant, criminationem defendit, et similiter Serenam uxorem eius a criminis proditionis in eam coniecto et mortis causa facto disertis verbis vindicat, quanquam utrumque et Stilichonem et Serenam impietatis im deos cum indignatione animi incusat, et deorum ira fatum eis triste merito acceleratum arbitratur. quam Zosimus aequitatis legem cum sequatur, quid potest esse ad fidem ei conciliandam gravius? profecto miratio animuma subit, cum eum, quem veritatis et aequitatis tam studiosum, ab invidia alienum certissimis iudiciis cognovimus, tam iniquis hominum iudiciis premi vide mus. quae tandem sunt illae res quas commentus est in fraudem Christianorum et in laudem suorum? ubinam sunt in eius historia illa verba aut facta falso et temere conficta? dicent haud haesitantes in Constantinum multa esse infesto animo exegitata, conversionis ad Christiana sacra rationem fabulae speciem prae se ferre, instituta rei militaris exitiosa imperio et tributorum ex actiones graves esse improbables, et ut Juliani laudes exaggerata oratione praedicatae sunt, ita in Theodosio, si alios quam Zosimum velimus audire testes, omnia alia quam ignaviam luxuriem et rerum publicarum incuriam fuisse. haec est cantilena toties in Zosimum decantata, et si quaeramus quibus rationibus istae querelae nitantur, praeter scriptorum quorundam qualium cunque testimonia Zosimo adversantia, silentium aliorum auctorum memorant, quo convelli Zosimi narrationem posse existi p. XXXIV mant. ne hic de testium, ad quos provocant, levitate quicquama


moneantur, siquidem in Commentario historico loca, quae sive nulla sive aliqua iuris specie in suspicionem adducta sunt aut adduci possunt, sub examen vocavimus et de criminationum vi sententiam nostram pronuntiavimus, de silentio aliorum scriptorum, in quo haud exiguum suis rationibus firmamentum positum et ad criminationem Zosimi satis acre telum sibi datum putant, hoc tantum dicere liceat, omnino ad oppugnandum Zosimum a silentio rationem idoneam tum suppetitaram fuisse, si scriptores nobis supereressent ii a quibus earum rerum narratio exspectari posset; si Ammiani, hominis et peritissimi et fide dignissimi, historiam et integrum et ultra Theodosii tempora perductam habemus. cum vero tanta sit historicorum ex illis temporibus penuria, maxime eorum qui res gestas a Constantino et Theodosio cum fide ac diligenter tradiderint, qui tandem sunt ii scriptores ad quos provocare quorumque auctoritate fidem Zosimi convellere nobis liceat? ad Eutropium et Victorem, qui brevioria modo scripsierunt? num ad Christianorum historicos, in primis Eusebium, qui etsi studio vera tradendi satis essent imbuti, non modo disciplinam rei publicae et causam imperii aut parum cognoscebant aut prorsus ignorabant, ab hominumque usu et iis quae rem publicam continebant erant alieni, sed etiam historias scribebant in quibus pro instituti ratione rei ecclesiasticae potius quam militaris et civilis curam habere eos oportebat, veluti Socratem, Sozomenum, Theodoretum, Philostorgium? nonnumquam scriptores dicti non abrogant Zosimo fidem, sed confirming vel in ipsis locis ex quibus suspectam et controversam Zosimi fidem alli faciunt.

In historia igitur Zosimi si vitia quaedam exceperis, quae vel scriptoris incuria vel librariorum socordia in eam irrepererunt (nam et ab hac repeti posse loca nonnulla turbata suspicari licet), si porro acerbitatem eius in reprehensione, quamvis iusta, condonaveris, scriptorem habebimus in quo praeter iudicii satis acuti, etiam fidei et auctoritatis eminent indicia vera et luculenta, ut p. xxxv indignum videri possit tam diuturnam in Zosimo calumniae valuisse opinionem, nisi in propatulo esset Christianos homines ob severas eius in suarum partium homines stricturas sugillationis ei maculam inustam voluisse. ira et invidia inter diversarum religionum assecelas consopita, cum aequioribus nunc nobis esse

lieeat, non ad iudicia eius vel iniquissima, sed, uti par est, ad rerum traditarum veritatem fide ipsius exacta auctoritatem ei reddemus, et egregium antiquitatis monumentum ex antiquarum literarum naufragio servatum laetabimur, quod quamvis non ad summam perfectionem elaboratum sit, rerum tamen memoriam ex eo aevo transmisit ex quo absque eo multo plura ignoraremus. bene adeo nobiscum actum putabimus, quod in epitomatorum chronographorum adulotorumque istius saeculi grege unus, et si, si cum priscis illis scriptoribus compares, postremo loco habendus, inter aequales tamen suos facile princeps in manus nostras sospes pervenit, qui calamitates ingruentes in Romanos earumque causas recte aperuit; quo nomine Polybii secundi, quamvis in ceteris virtutibus nequaquam cum eo comparandus, vicem sustinere poterit.

Z *Ω* *Σ* *I* *M* *O* *r*

I *Σ* *T* *O* *P* *I* *A* *N* *E* *A*



ZΩΣΙΜΟΥ

ΚΟΜΗΤΟΣ ΚΑΙ ΑΠΟ ΦΙΣΚΟΣΥΝΗΓΟΡΟΥ
ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΝΕΑΣ ΒΙΒΛΙΑ 'ΕΞ. *)

ZOSIMI

C O M I T I S E T E X A D V O C A T I F I S C I
H I S T O R I A E
I N T E R P R E T E L E U N C L A V I O.

REITEMEIERI ARGUMENTUM.

LIBRI I. Incrementa imperii Romani intra exiguum temporis spatium facta sunt (c. 1). postquam Graeci eximia contra Persas virtute bellabant, bellis domesticis fracti, a Philippo et Alexandro subacti sunt (2—4). postea ad Romanos summa rerum pervenit, quae unius arbitrio committitur (5). succedentes in imperio Octavianio plerique nulla digni sunt memorazione (6—8). Severus, devictis Albino et Nigro, adversus Persas rem fortiter gessit (8). Antoninus filius eius Macrinum quidem vicit, sed ob infamiam morum interfectus est (9. 10). Alexander, egregie rem publicam administrans, eodem fato periit (11. 12). Maximinus crudelitate saeviens (13—15). Gordiani duo seniores et iunior, qui feliciter bellum cum Parthis gessit, imperio haud indigni (16—18). Philippus (19—21). Decius dum barbaris se opponit, fraude perit praefecti praetorio (22. 23). Galli, qui ei successit, et barbaros vidiit fines Romanorum late vastantes (24—27). Aemilianus bello civili interiit (28). Valerianus, quo imperante barbarorum incursionibus ab omni parte factis et tyrannorum multorum imperii vehementissime res publica quassata est, bello Persico captus apud hostem periit (29—36). Gallienus, iam ante patris

*) BIBLIA 'ΕΞ om codices. apud Photium (cod. 98) ιστορικὸν λόγοις ἔτι.

in imperio socius, non valet rebus afflictis succurrere (37 — 40). Claudius, fortiter barbaris repulsi, peste maturam obit mortem (41 — 46). Quintillus frater eius sponte vita decessit, haud parem se ratus (47) Aureliano, qui et barbaris perdomitis et tyrannis, in primis Zenobia, deletis, rem publicam non modo servavit sed institutis quoque utilibus recte ordinavit (48 — 62). Tacitus (63) et Florianus (64) breve tempus imperium tenent. Probus, dignior et rei publicae utilis, seditione militari interimitur.

Liber II. Ludorum saecularium, qui, licet rei publicae Romanae salutares, a Diocletiani tamen tempore neglecti sunt, origo et celebratio- nis ratio. oraculum de eis (c. 1 — 7). Diocletiano et Constantio imperatoribus Constantinus a Galero ad patrem fugit, et eo mortuo succedit in imperio. quo Maxentius commotus Romae tyrannidem occupat (8. 9), a qua neque Severus Caesar cum copiis missus neque ipse Galerius cum deci- cere possunt. hic, Licinio Augusto declarato, gravi morbo vitam finit (10. 11). Maxentius Libyae provincias cupiens sua adiungere imperio, Alexandrum, qui ibi purpuram sumperat, proelio victum capit et necat (12 — 14). simultaneo Maximini Herculii mortem inter Maxentium filium eius et Constantium bellum excitant, quo ille superatus imperium cum vita perdidit (15. 16). in bello inter Licinium et Maximum orto hic vicius paulo post mortuus est (17). prospere gerit Constantinus pri- mum cum Licinio bellum (18 — 20), et post victoriam de Sarmatis (21) secundo bello in potestatem eum acceptum suam necavit (22 — 23). post- quam omne imperium penes Constantinum erat, et morea mutat et rei publicae instituta. ritibus patriis spretis ad Christianorum accedit reli- gionem (29), novam urbem, Cpolim, sedem imperantium, condit (30 — 32), praefectos praetorii instituit quatuor (33) et limites militum nudat praesidio (34). filii eius Caesaris dignitatem obtinunt; urbis Cpolis magni- tudo iam in oraculo quodam fuerat praedicta (36. 37). aerario exhausto nova et molesta tributa imponuntur (38). ei mortuo succedunt filii (39).

Crudelitate et invidia auspicia regni eorum sunt insignia. in cognati- tos saevit Constantius (40), Constantius per fratrem perit (41) Constan- tem, qui, crudelis et libidinosus, a Magnentio tyranne e medio tollitur (42). Vetricio et Nepotianus imperium affectantes epe excidunt, ille arte Constantii, hic copiis Magnentii oppressi (43). bellum cum Persis male gesit Constantius, magis prospere cum Magnentio, qui in eo cum fratre Decentio perit (44 — 54). Gallus, Caesaris dignitate ornatus et Orienti praefectus, per calumnias et imperio privatus et vita (55).

Liber III. Germanis Galliam vastantibus Constantius Julianum, ut his regionibus succurrat, Caesarem facit (c. 1. 2), qui ut ante litteris, nunc armis nomen sibi comparat; proelio ad Argentoratum superior factus, ipsas barbarorum terras invadit, res Saliorum componit, et ubique, ut supplices pacem petant, barbaros cogit (3 — 7). cuius famae cum inuide- ret Constantius, consilia quidem de eo opprimendo inibat (8): verum mili- tes, quos sibi ab eo mitti iusserat, ipsum Julianum imperatorem salutant (9). pacis conditionibus frustra tentans, properat cum copiis ex Gallia Julianus agmine citato, ex Oriente, ubi cum Persis belligerabat, Constan- tius. hoc autem mortuo antequam copiae concurrent, Julianus pergit Cpolim (10. 11). rebus bene in urbe compositis expeditionem contra Per- ses suscipit (12). Antiochiae aliquod tempus commoratus, hostium fines ingressus castella urbesque capit, et Tigride traecto classem incendit. hostibus nusquam in conspectum Romanorum venientibus exercitus comme- tus inopia laborat (13 — 28). proelio tandem commissio Julianus vicer ex vulnere animam exspirat (29).

*Iovianus ab exercitu in eius locum imperator constitutus (30) pacem cum Persis facit (31) condicibus, quales nunquam antea Romani accep-
perant; nultas provinciae hosti traduntur (31. 32). imperator redux Ni-
sibim venit, quae aegre se Persis tradi patitur (33. 34). iam in ipso itinere
Iovianus morbo perit (35). Valentinianus Augustus renuntiatur.*

*LIB. IV. Valentinianus Augustus Cpolim pergit et Valentem fra-
trem in consorium imperii vocat (c. 1). cum in rerum novarum suspectos
animadversum esset (2), provinciis distributis Valentinianus Galliam petit
ad motus barbarorum reprimendos (3), Valens autem Procopium, qui im-
perium affectabat, bello victum opprimit (4 – 8), et dum frater adversus
Germanos strenuus pugnat (9), ipse cum Scythis confligit (10. 11). Valen-
tinianus Gratianum filium consortem regni adsciscit (12), et Valens, con-
tra Persas exercitu ducto, a Theodoro affectati regni suspecto supplicium
sumit (13), etiam a Fortunatiano quodam cum aliis (14), unde magna in-
vidia imperatori conflata (15). in tribulis exigendis admodum acerbus est
Valentinianus, ob quam rem res novas in Africa Firmus molitur (16).
Valentinianus adversus barbaros profectus suffocatione perit (17). sequi-
tur horribilis terrae motus (18). a ducibus Valentinianus II, imperato-
ris mortui filius, imperator dicitur fratre absente (19). Valens interim,
periculo cum Scythis bello intentus, clade rei publicae gravissima accepta
perit (20 – 24).*

*Theodosius a Gratiano rebus Orientis praeficitur (25), ubi Julius
motus barbarorum oppreserat (26). Theodosius rei militaris instituta
turbat, deliciis studet et magistratus negligenter constituit (27. 28). res
publica ad peiora delabitur, decrescentes quoque copiarum numero (29).
Scylcae quos receperat, periculosos cinctum tumultus; repulso eos a Gra-
tiano Theodosius rursus admittit, alios tamen barbaros vincit (30 – 34).
Maximus in Britannia imperium occupat, et occiso Gratiano, qui togam
Pontificalem primum accipere sprevit, Theodosii amicitiam petit (35 –
37). in Oriente incident aliae turbae: Grothingorum motus frangit
Promotus (38. 39), Tomitarum Gerontius (40). Antiochiae sedatio ori-
tur (41). Maximus Valentinianum quoque aggreditur, qui fuga Ori-
entem petit (42. 43), a Theodosio vero, Maximo superato, provinciis occi-
dentalibus imperator redditur (44 – 47). barbaris perdomitis (48) luxu-
riae se dedit Theodosius (48. 49) et Rufinum ad summas dignitates ex-
tolit, qui illustrissimum quemque virum e medio tollit, Promotum, Ta-
tianum et Proculum (50 – 52). in Occidente Valentinianus Arbogasti
insidiis perit. cuius opera Eugenius imperator factus legatos ad Theo-
dosium de amicitia mittit (53 – 55). Theodosius autem, in cuius aula
barbarorum duces rizantur (56), copiis eductis Eugenium superat (57.
58), et Romae cum senatum ad religionem Christianam amplectendam
perducere tentasset, e viuis excedit (59).*

*LIB. V. Theodosii filii patri successerant, Arcadius quidem in
Oriente, Honorius in Occidente; summa autem rerum penes Rufinum et
Stelichonem re vera erat (c. 1). Rufinus arrogans et avarus Lucianum
crudeliter intermit (2), in ambiendo autem filiae cum Arcadio matri-
monio spe frustratur (3). Stelicho de rebus Orientis consiliis agitatis
(4), Graeciam ab Alaricho hortatu Rufini vastatam exercitu adversus
eum ducto recuperat (5. 6); ope Gainae illum e medio tollit (7). Eutro-
pius plurimum apud imperatorem gratia valens, viris egregiis invidens,
Timasium in exilium mittit, et Bargum, quo accusatore usus erat, paulo
post evertit. Abundantiumque aula pellit (8 – 10); persuazu eius Steli-
cho ab Arcadio proscriptus; provincia Africa, Eutropio Gildonem ad
rebellionem perliciente, imperatori Occidentis eripitur (11). iam manife-
stae sunt Eutropii et Stelichonis similitates (12). mox Gainas, qui ope*

Tribigildi Orientis provincias perturbabat et diripiebat, ob invidiam Eutropii mortem postulat (13—18). iam ipius Cpolis potiundae consilium inierat; a Frajuto autem, duce strenuo, adversus eum vastantem Thraciam misso, vincitur, et cum Istrum traieciisset, ab Hunnis occiditur (19—22). Cpoli ab Iohanne episcopo tumultus excitantur, odio Augustae avarae (23, 24). Isauri praedantur, verum non impune (25). Stelicho interea de Illyrico occupando consilia agitarat, dum barbarorum ingens multitudo irruerat; quibus vicit (26) ne consilia perseque-
retur, duplex intervenit nuntius, mortis Alarichi, quem in suas partes perduxerat, et rebellionis Constantini in Britannia (27). Stelichonis tamen filia Honorio nubis (28). Alarichus, cuius mors falso nuntiata erat, Epiro relicta versus Italiam movet, pecuniam possens a Stelichone sibi promissaam (29). Honorius Ravennam Roma relicta abit, cum nuntius de Arcadii morte affertur (30). contra Stelichonem, qui in Orientem ad rea ibi ordinandas profectus erat, calumnias apud imperatorem serit Olympius, homo simulatae pietatis (31). milites eo auctore tumultuan-
tur; Stelicho reversus corripitur et necatur, propinquai eius interficiuntur et bona publicantur (32—35). quo audito Alarichus, cui nondum satis-
factum erat, Romanum obsidet, persoluto autem ei auro in Tusciam abit (35—42). legatio Constantini ad Honorium (43); altera ad eum sena-
tus Romani, ut promissa Alaricho praestaret, irrita (44). is ira incen-
sus Ataulfum cum suis barbaris arcessit (45). Olympius accusatur et in Dalmatiam fugit; Generidus autem rei militari praeceps (46). sedition
orta militum Ravennae (47). cum lobius de pace cum Alaricho ageret, condicionibus non acceptis hic iratus pergit ire Romanum; paenitentia tamen tactus Alarichus iterum pacem petit (48—51).

LIB. VI. Alarichus, cum sibi ab imperatore satisfactum non esset, cum universis copiis Romanam proficisciuit. quo tempore nova Constantini tyranni legatio ad Honorium venit (c. 1). interea copiae in Britannia rebellante imperatorem elegerant Marcum et eo occiso Gratianum et post huius necem Constantinum: is cum copiis ad occupandam Galliam traie-
ctis Saro instat, Honorii duci. Constantinus. Alpibus praesidio firma-
tis, Constantem filium Caesarem dicit et in Hispaniam mittit; ubi vicitis Theodosii imperatoris affinibus ducem relinquit Gerontium. is graviter ferentes alium ducem esse constitutum, impellit barbaros ad defectionem; quo fit ut Britanni Gallique a Romanis desciscant (2—5). Alarichus, cuius iter iam memoratum est, Romanam obsidione circumdat; senatu graves subire condiciones coacto Attalum imperatorem dicit; Ravennam per-
git (6, 7), unde Honorius re cognita iam fugam in Orientem parat (8). cum autem socorde ageret Attalus, maledicta in eum apud Alarichum lobius serit (9). reliquae quidem Italiae civitates Alaricho parcer cogun-
tur (10), verum Africam defendit Heraclianus. clausis autem portibus fame Romani urguntur (11); qua re indignatus Alarichus Attalo purpu-
ram exxit (12). pacis novae condicionibus iam agitatis Sarus impedi-
mento est (13).

A.

Πολυβίω τῷ Μεγαλοπολίτῃ, μνήμη παραδοῦναι τὰ καθ' ἑαυτὸν ἀξιόλογα τῶν ἔργων προελομένω, καλῶς ἔχειν ἐφάνη δι' αὐτῶν ἐπιδεῖξαι τῶν πρᾶξεων ὅπως οἱ Ῥωμαῖοι μετὰ τὸν τῆς πόλεως οἰκισμὸν ἔξικοστοις ἔτεσι τοῖς περιοίκοις προσπολεμήσαντες μεγάλην ἀρχὴν οὐκ ἐκτήσαντο, μέρος δὲ τι τῆς Ἰταλίας ὑφ' ἑαυτοὺς ποιησάμενοι, καὶ τούτου μετὰ τὴν Ἀννίβα διάβασιν καὶ τὴν ἐν Κάνναις ἥτταν ἐκπεπτωκότες, αὐτοῖς δὲ τοῖς τελέσει τοὺς πολεμίους ὁρῶντες ἐπικειμένους, εἰς τοσοῦτον μέγεθος ἡρθησαν τύχης ὅστε οὐδὲ δλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα ἔτεσι μὴ μόνον Ἰταλίαν 10 ἀλλὰ καὶ Λιβύην κατακτήσασθαι πᾶσαν, ἥδη δὲ καὶ τοὺς Ἰβηρας ὑφ' ἑαυτοὺς καταστῆσαι, ἐπει δὲ τοῦ πλείονος ἐφιέμενοι τὸν Ἰόνιον ἐπεραιώθησαν κόλπον, Ἐλλήνων τε ἐκράτησαι καὶ Μακεδόνας παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς, αὐτὸν τε ὃς τηνικαῦτα τούτων ἐβασίλεψε ζωγρέᾳ ἐλέντες εἰς τὴν Ῥώμην ἀνήγαγον. ἀλλὰ τούτων 15 μὲν οὐκ ἄν τις ἀνθρωπίνην ἴσχὺν αἰτιάσαιτο, Μοιρῶν δὲ ἀνάγκην ἡ ἀστράψων κινήσεων ἀποκαταστάσεις ἡ θεοῦ βούλησιν τοῖς ἐφ'

4 πεντακρέοις Casaubonus.

7 Κάναις LP (i. e. codices Leunclavianus et Palatinus. eos enim hae litterae indicabunt, ut Heynium H, Reitmeierum R, Sylburgium S). 14 usitatus ζωγρέας. v. Ind.

I.

Polybius ille Megalopolitanus res sui temporis relatione dignas memoriae prodituras recte se facturum existimavit, si per ipsas res gestas ostenderet Romanos post urbem conditam sexcentis annis bella cum finitimis gerendo magnum imperium sibi non parasse. verum ubi parte quadam Italiae potiti essent, eaque post Hannibalis in illam transitum et cladem Cannensem excidissent, ac moenibus ipsis hostes imminentes conspicerent, tantum ad fortunae magnitudinem evecti sunt, ut vix totis quinquaginta et tribus annis non Italianum modo sed universam quoque Africam acquisiverint, et Hispanos in dicionem acceperint; cumque maiora peterent, sinum Ionium transiecerunt, Graecos superarunt, imperio Macedonas privarunt, regem illorum denique vivum captum Romanos abduxerunt. quarum sane rerum causam nemo ad vires humanas rettulerit, sed potius ad necessitatem fatalem vel sidereorum motuum revolutiones, vel ipsius dei voluntatem, faveantem illis quae a nostro

ημῖν μετὰ τὸ δίκαιον ἀκόλουθον οὖσαν. ταῦτα γάρ εἰρημόν τινα αἴτιον τοῖς ἐσομένοις εἰς τὸ τοιῶσδε δοκεῖν συμβαίνεν ἐπιτιθέντι, δόξαν τοῖς δρόμοις τὰ πράγματα κρίνοντιν ἐμποιεῖ τοῦ θελατινοῦ προνοιαὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων ἐπιγεγράφθαι διοίκησιν, ὥστε εὐφορίας μὲν συνιούσης ψυχῶν εὐθηρεῖν, ἀφορίας δὲ ἐπιπολαζούσης σης ἐς τὸ τοῦ δρόμουν σχῆμα κατενεχθῆναι. χρὴ δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων διέγω διασαρῆσαι.

2. Μετὰ τὴν ἐν Τροίᾳ στρατείαν ἄχρι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης ἑλλήγιμον οὐδέν εἰς Ἑλληνες φαίνονται πεπραχότες οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς οὔτε πρὸς ἔτερον. Διηρέουν δὲ αὐτοῖς διὰ τῶν ὑπάρ-10 χων πολλαῖς μυριάσιν ἐπιστρατεύσαντος, Ἀθηναίων ὀκτακισχλιοι θελατινοῖς ἡστηρισμοῖς κατοχοῖ, τοῖς παρατυχοῦσιν ἐξοπλισάμενοι καὶ ὑπαντήσαντες δρόμῳ, τοσοῦτον ἐκράτησαν ὥστε ἐννέα μὲν ἀνελεῖν μυριάδας, τοὺς δὲ λειπομένους ἀποδιώξαι τῆς χώρας. αὗτη πεποίηκεν ἡ μάχη περιφανέστερα τῶν Ἑλλήνων τὰ πράγματα. 15 Ξέρξουν δὲ μετὰ τὴν Διηρέουν τελευτὴν πολλῷ μείζονι παρασκευασμένουν δυνάμει καὶ πᾶσαν τοῖς Ἑλλησι τὴν Ἀσίαν ἐπαγαγόντος, πληρώσαντός τε τὴν μὲν θύλατταν νεῶν πεζῶν δὲ τὴν γῆν, ἐπειδὴ διαβιντεῖν ἀπὸ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην ἔχονταν, ὡς οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν στοιχείων εἰς ὑποδοχὴν τοῦ στρατεύματος εἰ 20 μὴ καὶ τὰς ἀλλήλων ὑφαρπάσαιεν χρείας, ἐξεύγνυτο μὲν ὁ Ἑλλήσποντος πάροδον διδόνες τοῖς πεζῇ διαβαίνοντιν, ὀργύττετο δὲ ὁ

1 fortasse metà τοῦ δικαιον aut κατὰ τὸ δίκαιον. Stephanus. 2 fort. ἐκβαίνειν. Stephanus. 4 an ἐπιτερράφθαι? 5 εὐθηρεῖν
H: codices εὐθύτερειν.

arbitrio dependeatia secundum ius et aequum suscipientur. haec enim, cum seriem quandam futuris imponant, efficientem ut ita evenire videantur, opinionem recte res existimantibus induit, divina quadam providentia rerum humanarum administrationem sic perscriptam esse, ut fertili quadam animorum veluti segete concurrente vigeant, eorundem invalescente sterilitate ad illam faciem prolapsae sint quae modo conspicitur. erit autem id quod dico rebus ipsis declarandum.

2. Post expeditionem Troianam ad pugnam usque Marathoniam nihil praedicatione dignum Graeci gessisse vel inter se vel adversus alium quemquam videntur: at cum Darius eos opera praefectorum infinitis cum copiis invasisset, octies mille Athenienses, divino quodam impetu animati et armis cuique obvias instructi, cursu contenderunt in hostem, tantaque Victoria potiti sunt ut nonaginta milibus interfectis regione sua reliquos expellerent. haec pugna Graecorum res illustriores reddidit. cum vero post Darii mortem Xerxes multo maioribus copiis instructus universam Graeciam invexisset Asiam, et navibus mare, terram pedibus complessset, quandoquidem ex Asia transeundam erat in Europam, quasi non ipsa sufficerent ad excipiendum exercitum elementa nisi suos in vicem usus abī praeriperent, Hellespontus iungebatur, ut per eum pedites iter facerent, et Athos perfodiebatur, ut cum mari

Ἄθως ἄμα τῇ θαλάσσῃ καὶ τὰς ναῦς εἰσδεχόμενος. ἐκπεληγμένη δὲ καὶ πρὸς αὐτὴν τὴν ἀκοήν ἡ Ἑλλὰς ἐκ τῶν ὅντων ὅμως παρεσκευάζετο, ναυμαχίας τε ἐν Ἀρτεμισίῳ καὶ πάλιν ἐν Σαλαμῖνι γενομένης τοσούτῳ λαμπροτέρᾳ τῆς προτέρας ἔχοήσατο νίκη ὥστε 5 Μέρξην μὲν ἀγαπητῶς περισωθέντα φυγεῖν, τὸ πλεῖστον τῆς δυνάμεως ἀποβαλόντα, τοὺς δὲ περιλειμμένους ἐν Πλαταιαῖς ἀρδην ἀπολομένους μεγάλην τοῖς Ἑλλησι δόξαν καταλιπεῖν, δι' ἣς καὶ τοὺς τὴν Ἀσίαν οἰκονυτας Ἑλληνας ἡλευθέρωσαν καὶ σχεδὸν πασῶν τῶν τῆσσαν ἐκράτησαν.

10 3. Εἰ μὲν οὖν ἐφ' ἑαυτῶν διετέλεσαν ὅντες καὶ τοῖς παροῦσιν ἀρχούμενοι, καὶ μὴ διέστησαν Ἀθηναῖοι τε καὶ Λιχεδαιμόνιοι περὶ τῆς τῶν Ἑλλήνων ἡγεμονίας ἀλλήλους φιλονεικοῦντες, οὐκ ἂν ἔτεροι ποτε τῆς Ἑλλάδος ἡγένοντο κύριοι. τοῦ δὲ Πελοποννησιακοῦ πολέμου τὰς δυνάμεις τοῖς Ἑλλησιν ἐλαττώσαντος, περιέτησαντές τε εἰς χορημάτων ἀπορίαν τὰς πόλεις, γέγονε χώρα Φιλίππω τὴν βασιλείαν, ἣν διεδέξατο πρὸς οὐδένα τῶν πλησιοχώρων ἀξιόμαχον οὖσαν, τέχναις τισὶ καὶ περινοίαις αὐξῆσαι· χρήμασι γάρ τὰς οὖσας αὐτῷ δυνάμεις καὶ τῶν συμμάχων ὅσοι προσεγνόντο θεραπεύων, οὕτω τε μέγας ἐκ μικροῦ γεγονὼς, τὸν ἐν 20 Χαιρωνείᾳ πρὸς Ἀθηναίους διηγωνίσατο πόλεμον. πᾶσι δὲ μετὰ τὴν νίκην χειροήθως καὶ ἡπίως προσενεγχθεὶς ἥδη καὶ τῇ Περσῶν ἐπιθέσθαι βασιλείᾳ διενοεῖτο, δύναμιν τε ἀξιόχρεων πρὸς τοῦτο συναγαγὼν ἐν παρασκευαῖς τὸν βίον ἀπέλιπεν.

naves exciperet. interim territa vel ipsa rei fama Graecia tamen, quantum poterat, semet armabat. cumque proelio navalium ad Artemisium et iterum ad Salaminem pugnatum esset, tanto splendidiore potita est victoria quam prior illa fuerat, ut Xerxes aegre servatus fuga sibi consuleret, maxima parte copiarum amissa, reliqui funditus ad Plataeas deleti magnam Graecis gloriam relinquerent, qua et incolentibus Asiam Graecis libertatem restituerunt et insulis propemodum universis potiti sunt.

ex nobilibus philosophis interfactus est Maximus, et post illum oriundus e
Phrygia Hilarius, qui ambiguum quoddam oraculum clarius fuisset interpre-
tatus. secundum hunc Simonides et Patricius Lydus et Andronicus e Caria;
qui omnes ad summum doctrinas fastigium pervenerant, et potius invidia
quam iusto calculo damnati fuerant, adeo vero plena confusionis erant
omnia, ut libere delatores cum multitudine quorumvis semet offerentium
domos ingredierentur, et obvios raperent atque illis traderent qui etiam
inaudita causa quoslibet necare iussi fuerant. et horum flagitiorum quidam
quasi colophon erat Festus, quem ad omne crudelitatis genus promptum mi-
serat imperator, ut Asiam proconsule administraret, ne quis eruditione do-
ctrinæ prædictus superaret, sed initum consilium re ipsa succederet. nam
cum omnes indagasset Festus, quos quidem repperisset, nulla cognitione ad-

τοῖς φυγὴν ἡγάγκασεν ἐπιθεῖναι. καὶ ἡ μὲν ἐκ τῆς κατὰ Θεόδωρον αἰτίας συμβῆσα ταῖς πόλεσι συμφορὰ ταῦτην ἔσχε τὴν τελευτήν.

16. Οὐαλεντινιανὸς δὲ δόξας πως τὸν πρὸς τὸν Γερμανὸν πόλεμον διατιθέναι μετρίως, βιρύτατος ἦν ταῖς ἀπατήσεσι 5 τῶν εἰσφορῶν σφοδρότερον ἐπικείμενος καὶ ὑπέρ τὸ σύνηθες τούτας εἰσπράττων. ἐποιεῖτο δὲ τούτου πρόφεσιν τῆς στρατιωτικῆς διαπάνης τὸ πλῆθος, διπερ ἡγάγκασεν αὐτὸν ἐκδυπανῆσαι τὰ τῷ δημοσίῳ φυλαττόμενα χρήματα. εἰς μῆσος τούτου ἀπαντας ἐπὶ τούτῳ κενήσας ἔτι μεῖζον ἡ πρότερον ἐπικρατεῖντο, καὶ οὕτε τὸν 10 ὄροχοτας ἥθελεν ἔξετάζειν εἰς κέρδους ἀπέχονται, τοῖς τε ἐκ τοῦ ἔην ἀμέμπτως ἔχοντοι δόξαν ἐφθόνει, καὶ ἀπλῶς εἰπεῖν ἔτερός τις ἦν πιοὺς τὸν ἔξ ἀρχῆς ἐπιτηδευθέντα τρόπον αὐτῷ τῆς βισιλείας. διὰ ταῦτα καὶ Λιβύες, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν Ῥωμανοῦ πλευρέζιν τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἔχοντος ἐν Μανδρούσοις ἀρχήν, Φλόμῳ 15 τὴν ἀλουργίδα δόντες ἀνέδειξαν βασιλέα. διπερ ἀπαγγελθὲν εἰκότως Οὐαλεντινιανὸν συνετάραξε¹⁵ καὶ παραχρῆμα τάγματά τινα στρατιωτικὰ τὴν ἐν Παιονίᾳ καὶ Μυσίᾳ τῇ ἀνω καταλιπόντα φυλακὴν ἐπὶ Λιβύην ἐκπλεῦσαι προσέταξε. τούτου δὴ γενομένου Σανδρομάται καὶ Κονάδοι, καὶ πρότερον δόντες ἔχοτοι τῷ τὴν 20 τούτοις ἐπιτετραμμένῳ τοῖς τόποις φυλακὴν (ἥν δὲ Κελέστιος), μετὰ τὴν τῶν στρατιωτῶν εἰς Λιβύην ἀποδηματαν ἐπέθεντο Παίσοι

15 alii eum vocant Comitem Africæ; vide Prosopograph. cod. Th.
20 ἦν LP, relicto pro postremis quattuor literis spatio vacuo. S.
21 Κελέστιος Ammiano Marcellianus.

bibita interficiebat, reliquos exsilio semet ipsos multare cogebat. et calamitas quidem ea quae culpa Theodori civitatibus accidit, hunc habuit finem.

16. Valentinianus vero, qui visus fuisset bellum adversus Germanos mediocriter administrasse, gravissimus subditis erat, tributorum exactiones acris urgens eaque ultra consuetum morem extorquens. praetexebat autem militaris annonae magnitudinem, quas ipsum pecuniam fisco servatam coegisset expendere. quapropter odio cunctorum in se concitato, acerbior etiam quam prius erat; ac neque magistratus examinare volebat an a caprandis lucris abstinerent, et gloriam ex inculpata vita nactis invidebat. denique fere alias erat et diversus ab iis moribus quos initio regni prae se tulerat. eam ob causam et Afri, non ferentes avariciam Romani, qui apud Mauros magistri militum officio fungebatur, amictum purpura Firmum imperatorem crearunt; cuius rei nuntius allatus haud abs re Valentinianum perturbavit. ideoque confestim numeros quosdam militum, relicta Pannoniae Moesiaeque superioris custodia, in Africam navigare iussit. quo facto Sarmatæ et Quadi, iam pridem illi cui credita erat horum locorum custodia (et erat in Coelestius) infaesi, post militum proficationem in Africam Pannonicos

τε καὶ Μεσοῖς· τοῦ γὰρ Κελεστίου τὸν τούτων ἀρχοντα πίστεσιν
ἐνόρκοις πιραγαγόντως, ἀνελέντος τε δόλῳ τῆς τρυπέζης ἔτι προ-
κειμένης, εἰκότως οἱ βάρβαροι τῆς ἐφόδου ταύτην ἔχοντες πρό-
φυσιν τὸν περὶ τὸν Ἰστρὸν ἐληξόντο, πᾶν, εἴ τι τῶν πόλεων ἡν
5 ἐκτός, διαρράξοντες. ἀλλὰ Παιονες μὲν εἰς ὄρπαγὴν τοῖς βαρ-
βάροις προσέκεντο, τῶν στρατιωτῶν ἐκμελῶς πρὸς τὸ φυλάττειν
τὰς πόλεις ἔχοντων καὶ τοῖς ἐνδοτέρω τοῦ ποταμοῦ τόποις οὐχ
ἡτον ἡ οἱ βάρβαροι παρενοχλούντων· Μνοία δὲ οὐδενὸς ἐπει-
ράθη κακοῦ, Θεοδοσίου τοῦ τὴν στρατιωτικὴν ἀρχὴν ἔχοντος
10 ἀνδρείως στάντος καὶ τὸν ἐπιόντας ἀποδιώξαντος, δθεν ἐκ ταύ-
της τῆς νίκης δόξῃν κτησάμενος ἔτυχε μετὰ ταῦτα τῆς βισι-
λεῖς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τοῖς οἰκείοις ἀργηθήσεται χρόνοις·
(17) Οὐαλεντινιανὸς δὲ τὴν ἀκοὴν τῶν ἀπαγγελθέντων οὐκ ἐγε-
κάν, ἐκ Κελτῶν ὅρμήσας ἐπὶ τὴν Ἰλλερίδα διέβαινε, βούλευόμε-
15 νος περὶ τοῦ πρὸς Κουάδοντας καὶ Σανδοφαμάτας πολέμου. Μερο-
βαύδην δέ, ατρατιωτικῶν ἕργων ἐμπειρίαν ἔχειν παρὰ τοὺς ἄλ-
λους δοκοῦντα, παντὸς τοῦ στρατοπέδου προστησηί. τοῦ δὲ χει-
μῶνος παρὰ τὸ εἰωθὸς ἐκτιθέντος, ἑτελλον πρὸς αὐτὸν οἱ Κουά-
δοι πρεσβείεις λόγους ὑπὲρ τὸ μέτριον φέροντας, ἐφ' οἷς Οὐαλεν-
20 τινιανὸς ἀγανακτήσας, καὶ ὑπὸ τῆς δγαν δργῆς παραφορᾶς οὐ
πόρρω γενόμενος, αἴματος κάτωθεν ἀναχθέντος ἐπὶ τὸ στόμα
συσχόντος τε τὰς τῆς φωνῆς ἀρτηρίας ἔξελπεν, ἐν μὲν Ἰλλυριοῖς a. 375

7 τρόποις LP. 12 c. 24.
ὑπὲρ τὸ μέτριον φέροντας.

19 malum πρεσβείαν λόγους

et Moesos invadunt. nam quod ipsorum principem Coelestius interposita
fide, sacramento confirmata, circumvenerat eumque fraude necaverat, nec-
dum remota mensa, non abs re barbari, hanc expeditionis nacti occasionem,
in vicinos Istro grassabantur, quicquid easet extra oppida, diripientes.
itaque Pannonii barbarorum praedationibus erant expositi, dum milites se-
guiter oppida defenderent et cis amnem posita loca non minus quam barbari
vexarent. Moesia vero propterea nihil malii perpessa fuit, quod magister
militum Theodosius viriliter obstitisset et invadentes fuga sibi consulere coe-
gisset. unde factum ut ex hac victoria gloriam consecutus ad imperium dein-
ceps pervenerit. sed haec suis temporibus et locis exponentur. (17) Va-
lentinianus autem, quae nuntiata fuissent audire non sustinens, e Celtis pro-
fectus in Illyricum transit, de bello Quadis et Sarmatis inferendo deliberans.
Merobaudem, qui rei militaris peritiam supra ceteros habere videretur, toti
exercitui praeficit. hieme praeter morem durante longius, Quadi per lega-
tos ei verba quaedam modum excedentia denuntiant; ob quae indignatus
Valentinianus, praeque nimia iracundia propemodum redactus ad insaniam,
sanguine in os delapsio, qui vocis arterias obstruebat, extinctus est, cum

ἐννέα μῆνας, ἐλλειπούσων ὅληων ἡμερῶν, διατρίψας, εἰς δωδέκατον δὲ ἑνιαυτὸν τῆς βασιλείας προελθών.

18. Τούτου τελευτήσαντος ἐμπεσὼν τῷ Σιρμίῳ σκηπτὸς τὰ βασίλεια κατέφλεξε καὶ τὴν ἀγοράν, ἔδοξε τε τοῖς τὰ τοιαῦτα κρίνειν δεινοῖς οὐκ αἴσιον τοῖς κοινοῖς πράγμασιν εἶναι τὸ τέφρας. 5 καὶ σεισμὸι δὲ ἐν τισι συνηνέχθησαν τόποις. ἐσείσθη δὲ καὶ Valens. Κρήτη σφοδρότερον, καὶ ἡ Πελοπόννησος μετὰ τῆς ἄλλης Ἐλλάδος, ὥστε καὶ τὰς πολλὰς διαρρυῆναι τῶν πόλεων, πλὴν τῆς Ἀθηναίων πόλεως καὶ τῆς Ἀττικῆς. ταύτην δὲ καὶ περισσωθῆναι φυσιν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. Νεστόριος ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἱερο- 10 φαντεῖν τεταγμένος ὅναρ ἐθεύσατο παρακελευόμενον χρῆναι τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα δημοσίαις τιμᾶσθαι τιμαῖς. ἐσεσθαι γάρ τοῦτο τῇ πόλει σωτήριον. ἐπειδὴ δὲ ἐκοινώσατο τοῖς ἐν τέλει τὴν ὄψιν, οἱ δὲ ληρεῖν αὐτὸν οἴοντες δὴ ὑπέργηρων ὄντα νομίσαντες ἐν οὐδενὶ τὸ φῆθὲν ἐποιήσαντο, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν λογισμένος τὸ πρακτέον 15 καὶ ταῖς θεοιδέσιν ἐννοίαις παιδαγωγούμενος, ἐλκόνα τοῦ ἥρωος ἐν οἷκῳ μικρῷ δημιουργήσας ὑπέθηκε τῷ ἐν παρθενῶντι καθιδρυμένῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι, τελῶν δὲ τῇ θεῷ τὰ συνήθη κατὰ ταῦτὸν καὶ τῷ ἥρῳ τὰ ἐγνωσμένα οἱ κατὰ θεσμὸν ἐπραττε. τούτῳ τε τῷ τρόπῳ τῆς τοῦ ἑντυπίον συμβούλης ἔργῳ πληρωθείσης, 20 ἐπιβρίσαντος τὸν σεισμοῦ μόνοντος Ἀθηναίους περισσωθῆναι συνέβη, μετασχούσης τῶν τοῦ ἥρωος εὐεργεσιῶν καὶ πάσης τῆς Ἀττικῆς.

5 πέρας LP. 17 οἶκος μικρὸς est parvum sacellum, οἰκημα,
ναΐσκος, armarium. H. 21 ἐπιβρίσαντος L.

in Illyrico menses novem, paucis diebus demptis, commoratus fuisse et imperii duodecimum annum attigisset.

18. Eo defuncto fulmen e caelo Sirmii delapsum regiam cum foro concremavit, visumque fuit iis quorum acria de rebus huiusmodi iudicia sunt, parum prosperum publicis rebus hoc portentum esse. terrae motus quoque nonnullis in locis acciderunt, Creta vehementius succussa cum Peloponneso reliquaque Graecia, ita ut oppida complura collaborerentur, exceptis Athenis et Attica regione, quam ex huiusmodi causa conservatam perhibent. Nestorius id temporis sacrorum antistea constitutus somnum vidit, quod publicis honoribus Achillem heroa iuberet affici: hoc enim urbi salutare futurum. cum autem visum hoc cum magistratibus communicasset, atque illi rati eum delirare, qui iam senex decrepitus esset, nibili quod dictum fuerat feciissent, ipse secum ratiocinatus quid agendum esset, divinisque cogitationibus edocitus, imaginem herois exigua forma fabricatam sub Minervae simulacro, quod in virgineo conclavi collocatum est, posuit. quoties autem peragerat consueta huic deae sacra, pariter et illa quae sciret heroi debita rite faciebat. atque hoc modo cum ipsa re somnii consilio satisfactum esset, terrae motu paasim grassato solos Athenienses salvos evadere contigit, hisce beneficiis

δτι δὲ τοῦτο ἀληθές ἐστι, μαθεῖν ἔξεστι δι' ᾧ ὁ φιλόσοφος Συ-
ρανδὸς διεξῆλθεν, ὑμνον εἰς τοῦτον τὸν ἡρωα γράφων. ἀλλὰ
ταῦτα οὐκ ἀνάρμοστα τοῖς προκειμένοις ὅνται παρέθηκα.

19. Οὐαλεντινιανοῦ δὲ τελευτήσαντος δρῶντες οἱ ταξιαρ-
χοὶ Μεροβαύδης καὶ Ἐκτίος Οὐαλεντα καὶ Γρατιανὸν πόρρω που
διατρίβοντας (ὁ μὲν γὰρ ἦτι κατὰ τὴν ἔώσαν ἦν, ὁ δὲ ἐν τοῖς
ἐσπερίοις Γαλάταις πιρὰ τοῦ πατρὸς ἀπολέλειμμένος), ὑφορώ-
μενοι μή ποτε συμβῇ τοὺς ὑπὲρ τὸν Ἰστρὸν βαρβάρους ἀνάρχοις
10 ἀντῷ τεχθέντα τῆς πρότερον Μαγνεντίων συνοικησάσης, οὐ πόρρω
που μετὰ τῆς μητρὸς ὅντα μεταπεμψάμενοι παράγοντες μετὰ τῆς
ἀλουργίδος εἰς τὰ βασιλεῖα, πέμπτον ἄγοντα μόλις ἐνιαυτόν. διε-
λομένων δὲ πρὸς ἑαυτὸν Γρατιανοῦ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τὸν νέον
τὴν βασιλείαν, ὡς ἐδόκει τοῖς περὶ αὐτὸν τὰ πράγματα κρίνοντιν Valens,
15 (αὐτοὶ γὰρ οἱ βασιλεῖς οὐκ ἥσαν κύριοι διὰ τὴν ἡλικίαν), Γρα- Gratianus
τιανῷ μὲν τὰ Κελτικὰ φῦλα καὶ Ἰβηρία πᾶσα καὶ ἡ Βρεττανικὴ
ἡγοσ ἀπεκληροῦτο, Οὐαλεντινιανὸν δὲ ἐδόκει τὴν Ἰταλίαν τε καὶ
Πλλυριοὺς καὶ τὴν ὅλην ἔχειν Λιβύην.

20. Οὐαλεντα δὲ τὸν βασιλέα πολλαὶ πολλαχόθεν περιε-
20 στήκεσαν πολέμων ἐπιφοραί. καὶ πρῶτον μὲν Ἰσαυροὶ (καλοῦσι a. 376
δὲ αὐτὸν οἱ μὲν Πισίδας, οἱ δὲ Σολύμοις, ἄλλοι δὲ Κλίκις
δρείοντες· τὸ δὲ ἀκριβέστερον, ἡνίκα εἰς τὸν περὶ αὐτῶν ἀφικώ-

5 [Ἐκτίος] Ammian. Aequitius.

22 ὁρίον LP: corr Leunda-
vius.

herois tota pariter Attica fruente. hoc autem verum esse, licet ex iis co-
gnoscere quae Syrianus philosophus, hymnum in hunc heroa scribens, com-
memoravit. et haec quidem a propositis rebus haud aliena libuit adiicere.

19. Ceterum extincto Valentiniiano, cum legionum tribuni Merobaudes
et Equitius Valentem et Gratianum viderunt in locis procul remotis degere,
quod alter adhuc esset in Oriente, alter apud occidentales Gallos a patre
relictus fuisset, veriti ne quando usū veniret ut transistriani barbari rebus
principe destitutis irruerent, arcessimus minorem Valentiniiani filium, natum
ei de coniuge quae Magnentii prius uxor fuerat, nec procul inde cum matre
degentem in regiam purpura vestitum producunt, cum vix quintum aetatis
annum ageret. dividentibus imperium inter se Gratiano et Valentiniiano mi-
nore, prout iis videbatur qui apud eos res moderabantur (nam principes
ipai propter aetatem sui iuris non erant); Gratiano quidem Celticae nationes
et Hispania tota cum insula Britannia attribuebantur, Valentinianianum vero
placuit Italiam et Illyrios et totam Africam possidere.

20. Ceterum Valentem imperatorem plures e pluribus locis irruentes
bellorum fluctus circumstabant. primum Isauri (quos alii Pisidas, alii So-
lymos, alii Cilices montanos vocant: nos quidem accuratius de his aliquid in-
dicabimus, ubi ad eum locum pervenerimus de iis ut dicendum sit) oppida

μεθι λόγους, δηλώσομεν) τὰς ἐν Λυκίᾳ καὶ Παμφυλίᾳ πόλεις ἐπόρθουν, τειχῶν μὲν κρατεῖν οὐδὲν δυνάμενοι, τὰ δὲ ἐν τοῖς ὑπαλ-
θροῖς ἀπαντα διαρράζοντες. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς ἔτι κατὰ τὴν
Ἀντιόχειαν διατρίβων ἔστελλεν ἐπ' αὐτοὺς ἀρκοῦσαν, ὡς φέτο,
δύναμιν, οἱ μὲν Ἱσανδροί μετὰ τῆς λείας ἀπάστης εἰς τὸ τραχύ- 5
τατα συνέφεντον τῶν δρῶν, οὔτε διώξαι τῶν στρατιωτῶν δι' ἐκ-
μέλειαν δυναμένων, οὔτε ἄλλως τὰ συμβάντα ταῖς πόλεσι δυστυ-
χήματα θεραπεῦσαι. τούτων δὲ δυτῶν ἐν τούτοις, φῦλόν τι βάρ-
βαρογ τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἱστρὸν Σκυθικοῖς ἔθνεσιν ἐπανέστη, πρότε-
ρον μὲν οὐδὲν δικαιοσύνην, τότε δὲ ἔξαρψης ἀναφανέν. Οὕντως 10
δὲ τούτους ἐκάλουν, εἴτε βασιλείους αὐτοὺς δυνομάζειν προσήκει
Σκύθας, εἴτε οὓς Ἡρόδοτός φησι παροικεῖν τὸν Ἱστρὸν σιμοὺς
καὶ ἀσθενέας ἀνθρώπους, εἴτε ἐκ τῆς Ἀσίας εἰς τὴν Εὐρώπην
διέβησαν· καὶ τοῦτο γάρ εὖρον ἰστορημένον, ὡς ἐκ τῆς ὑπὸ τοῦ
Τανάϊδος καταφερομένης ίλνος δὲ Κυμέριος ἀπογαιωθεὶς Βόσπο- 15
ρος ἐνέδωκεν αὐτοῖς ἐκ τῆς Ἀσίας ἐπὶ τὴν Εὐρώπην πεζῇ διαβῆ-
ναι. παρελθόντες δὲ δύως τοῖς ἵπποις καὶ γυναιξὶ καὶ παισὶ καὶ
οἷς ἐπερέροντο, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἱστρὸν κατωκημένοις ἐπήσαν Σκύ-
θαῖς, μάχην μὲν σταδίαν οὔτε δυνάμενοι τὸ παρόπαν οὔτε εἰδότες
ἐπαγαγεῖν (πῶς γάρ οἱ μήτε εἰς γῆν πῆσαι τοὺς πόδας οἵτις τε 20
δυτες ἐδραμώς, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἵππων καὶ διαιτώμενοι καὶ καθεύ-
δοντες), περιελάσσει δὲ καὶ ἐκδρομαῖς καὶ εὐκαλποῖς ἀναχωρήσε-
σιν, ἐκ τῶν ἵππων κατατοξεύοντες, ἅπειρον τῶν Σκυθῶν εἰργύ-

20 μηδὲ?

Lyciae Pamphyliaeque vastabant, cum moenibus potiri non possent, sed omnia sub dio sita diriperent. imperatore vero, qui adhuc haerebat Antiochiae, satis magnas, ut ipse putabat, in eosmittente copias, Isauri cum universa preda in montes asperrimos confugiebant, militibus ob segnitiem nec persequi eos valentibus, nec alia ratione casibus oppidorum adversis mederi. cum haec ab illis ita gererentur, natio quaedam barbara transistrianas gentes Scythicas est adorta, prius illa quidem incognita, sed quae subito tum temporis emersit. eos appellabant Hunnos, sive adeo regii Scythae nuncupandi sunt, sive quos ait Herodotus Istri accolas esse, homines simos et imbelles, sive denique in Europam ex Asia transiecerat. nam et hoc memoriae proditum in historiis repperi, e Nimo, quem Tanais devehit, Cimmerium Bosporum ad terrae formam redactum facultatem eis praebuisse terrestris ex Asia in Europam itinere transeundi. utat sese res habent, profecti cum equis et uxoribus et liberis et iis rebus quas secum vehebant, habitantes super Istrum Scythes invaserunt. ac stataria quidem pugna prorsus neque poterant neque norant hostem aggredi (quo enim id pacto? qui ne in terram quidem firmiter pedes desigere poterant, sed in equis et haerebant interdui et somnum capiebant) sed partim circumequitando, partim excurrendo, partim opportuno retrocedendo et ex equis iaculando, immensam

σαντο φόνον. τοῦτο συνεχῶς ποιοῦντες εἰς τοῦτο τὸ Σκυθικὸν περιέστησαν τύχης ὥστε τοὺς περιλελεψμένους, ὃν εἶχον ἐκστάντας οἰκήσεων, ἐκδοῦναι μὲν τοῖς Οὐδοῦνοις ταύτας οἰκεῖν, αὐτὸς δὲ φεύγοντες ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας ὅχθην διαβῆναι τοῦ Ἰστρου, καὶ 5 τὰς κεῖρας ἀνατείναντες ἵκετεύειν δεχθῆναι παρὰ βασιλέως, ὑπεισχνεῖσθαι τε πληρώσειν ἔργον αὐτῷ συμμάχων πιστῶν καὶ βεβαίων. τῶν δὲ τὰς ἐπὶ τοῦ Ἰστρου πόλεις φρουρεῖν τεταγμένων εἰς τὴν τοῦ βασιλεύοντος γράμμην ἀναβαλλομένων τὰ περὶ τούτου, δέχεσθαι τούτους Οὐδάλτης ἐπέτρεπε πρότερον ἀποθεμένους τὰ 10 δόπλα. τῶν δὲ ταξιάρχων, καὶ δοσοι στρατιωτῶν ἡγεμονίαν εἶχον, διαβάντων μὲν ἐφ' ὃτε δόπλων δίχα τοὺς βαρβάρους ἐπὶ τὰ Ῥωμαίων δριαὶ διαπέμψαι, μηδενὸς δὲ γενομένου ἐτέρου πλὴν γνωικῶν ἐπιρροσώπων ἐπιλογῆς καὶ παιδῶν ὥραλων εἰς αἰσχρότητα θήρας ἡ οἰκετῶν ἡ γεωργῶν κτήσεως, οἵς τισι μόνοις προσσχόντες 15 τῶν ἄλλων ὅσα πρὸς κοινὸν δῆθελος ἔφερον ὑπερεῖδον, ὥστε ἀμέλεις μετὰ τῶν δόπλων ἐλαύθον οἱ πλείους περαιωθέντες. καὶ ἂμα τῆς ὑπὸ Ῥωμαίους γῆς ἐπιβάντες οὔτε ἵκεσιῶν οὔτε δρκῶν λιμήσθησαν, ἀλλ' ἡ Θράκη τε ἀπιστα καὶ ἡ Παιονία καὶ τὰ μέχρι Μακεδονίας καὶ Θεσσαλίας ἐπληροῦντο βαρβάρων τὰ προσπεσόντα 20 ληζομένων. (21) κινδύνον δὲ τοῖς ταύτῃ πράγμασιν ἐπικειμένοις μεγίστον, δραμόντες ἐπὶ βασιλέως το συμβὸν ἀπαγγέλλουσιν. ὃ δὲ τὰ πρὸς Πέρσας ὡς ἐντὸν διαθέμενος, ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας

11 ἐφ' ὅτε L.

18 Παιονία] forsitan Mysia. R.

Scytharum caedem edebant. quod cum frequenter facerent, nationem Scythicam ad eam fortunam redegerunt, ut superstites domiciliis suis relicti Hunnis ea traderent incolenda, ipsi fugam capessentes in adversam Istri ripam transiicerent, erectisque manibus supplices ab imperatore se recipi poterent, simulque pollicerentur officio se fidorum et constantium sociorum functuros. eam rem cum praesidiis oppidorum ad Istrum praefecti eo usque differrent, dum de voluntate principis cognitum fuisset, Valens uti recipi rentur armis prius depositis permisit. itaque tribuni legionum militumque doceos transiiciebant illi quidem, ut absque armis barbaros in fines Romanos deducerent: verum nihil agebant aliud quam quod elegantis formae mulieres deligerent, et pueros formosos ad usum obscenum venarentur, aut calones agricolas compararent; quibus solis intenti cetera publicam ad utilitatem spectabant negligebant. unde fiebat ut complices clara cum armis transvecti ignorarentur; qui simul atque solum Romanum ingressi fuissent, neque precum illarum supplicum neque sacramentorum recordabantur, sed universam Thraciā cum Pannonia et pertinentibus ad Macedoniam et Thessaliā usque regionibus complevere barbari, quaevia oblata sibi diripientes. (21) cum autem rebus eorum locorum maximum immineret periculum, principem adentes quid accidisset nuntiant. ille negotiis Persicis, quemadmodum sane

διαδραμών ἐπὶ τὴν Κωνσταντινούπολιν ἦει, κάντεῦθεν ἐπὶ Θράκης ἔχώρει, τὸν πρὸς τοὺς αὐτομόλους Σκύθας ἀγωνισθέντος πόλεμον. ἔξιόντι δὲ τῷ στρατοπέδῳ καὶ αὐτῷ δὲ τῷ βασιλεῖ τέρας ὥφθη τοιόνδε. ἀνθρώπουν τι σχῆνος ἐφάνη κατὰ τὴν ὁδὸν κελυφον, τὸ μὲν ἄλλο ὅπου ἀκίνητον καὶ ἀπὸ κεφαλῆς μεμιστιγῶ⁵ μένων ἄχρι ποδῶν λοικός, μόνους δὲ τοὺς δρθαλμοὺς ἀνειψυγμένους ἔχον, ἐμβλέποντας τοῖς πλησιάζουσιν. ἐπεὶ δὲ τοῖς ἐρωτῶσι τις τε εἰναι καὶ πόθιν, ἡ πυρὰ τίνος ταῦτα πάθοι, πατάπιασιν οὐδὲν ἀπεκρίνατο, τερατῶδες εἶναι νομίσαντες ἐπλείξαν καὶ τῷ βασιλεῖ πυριόντι. τοῦ δὲ τὰς αὐτὰς πεύσεις πυροσαγγόντος οὐδὲν ἤτοι¹⁰ ἄφωνος ἦν, οὔτε ζῆν νομισθεὶς διὰ τὸ πᾶν τὸ σῶμα ἀκίνητος εἶναι, οὔτε τεθνάναι τελέως, ἐπειδὴ ἐρωτῶσθαι τὸ βλέμμα Ἰδόκει. καὶ γέγονεν ἀφανὲς ἄφρω τὸ τέρας. τῶν οὖν περιεστώτων περὶ τὸ πρωτέον ἀπορουμένων συνέβαλλον οἱ τὰ τοιαῦτα ἔξηγεῖσθαι δεινοὶ τὴν ἐσομένην προμητήσειν τῆς πολιτείας κατάστασιν, διε τε πλητ¹⁵ τόμενα καὶ μαστιγούμενα διατελέσει τὰ πυράγματα, ψυχορραγοῦσιν λοικότα, μέχοις ἢν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ ἐπιτροπευόντων κακίᾳ τελέως φθαρεῖη. τοῦτο μὲν οὖν, ἐπίοντων ἡμῶν τὰ καθ' ἔκκαστα, σὸν ἀληθέλια φανήσεται προαγορευθέν· (22) ὁ δὲ βασιλεὺς Οὐάλης ληζομένους ἥδη τὴν Θράκην πᾶσαν τοὺς Σκύθας²⁰ θεώμενος, ἔγνω τοὺς ἐκ τῆς ἑώρας σὸν αὐτῷ παραγενομένους καὶ μάχεσθαι μεθ' ὅπων ἐμπειροτάτους τῇ τῶν Σκυθῶν ἵππῳ πρό-

5 ἀκίνητον R pro vulgato ἀκίνητον. 10 καρόντι P. 18 επίτεως L margo.

poterat, compositis, Antiochia cursim iter emensus Cpolim abit, atque inde pergit in Thraciam, bellum adversus Scythes illos trans fugas gesturus. egressus autem exercitus et ipse princeps huiusmodi portentum conspexere. corpus quoddam hominis in via iacens visum fuit, cetera quidem prorsus immobile, verberibusque caeso a capite ad pedes usque consimile, verum oculos tantum apertos habens, qui proprius accedentes intuerentur. cum autem interrogantibus quis esset et unde, tum a quo istaec perpeassus fuisse, nihil omnino responderet, prodigiosum quiddam rati etiam praeterenti principi commonstrant. cum is de rebus iidem interrogasset, nihilominus mutus erat, nec existinatus vivere, quod universum corpus expers esset motus, nec integre mortuus, quando incolumes oculi esse viderentur. tandem subito portentum hoc evanuit. itaque cum ii qui circumstabant, quid agendum esset ambigerent, homines in exponentia talibus ingeniosi statum rei publicae futurum portendi dicebant, quodque duratura esset rerum Caesarum et flagris confectarum facies, animam exhalantibus similis, donec magistratum et administrantium improbitate prorsus interiasset. atque haec nobis singula perlustrantibus vere praedictum apparebit. (22) Valens autem imperator, qui iam Scythes universam Thraciam depopulari cerneret, statuit eos quos ex Oriente secum adduxerat, ex equis pugnandi peritissimos, in equitatum Scy-

τερον ἐπιπέμψαι. λαβόντες οὖν παρὰ τοῦ βασιλέως τὸ σύνθημα καὶ δὲ λίγους τῶν τῆς Κωνσταντινούπολεως πυλῶν ἔξήσαν, καὶ τοὺς ἐκλείποντας Σκυθῶν τοῖς κοντοῖς περονῶντες πολλῶν ἡμέρας ἑκάστης ἔφερον κεφαλάς. ἐπεὶ δὲ ἡ τῶν ὕππων ταχυτῆς καὶ ἡ δι τῶν κοντῶν ἐπιφορὴ δύσμαχος εἶναι τοῖς Σκύθαις ἐδόκει, καταστρατηγῆσαι τὸ Σαρρακηνικὸν διενοήθησαν φύλον. ἐνέδραν τινὰ κοίλοις ἐναποκρύψαντες τόποις τρεῖς ἐνὶ Σκύθαις ἐπιέναι συνειδον Σαρρακηνῷ. καὶ ταύτης διαμαρτύντες τῆς πείρας, τῶν Σαρρακηνῶν διὰ τὸ τῶν σφετέρων ὕππων ταχὺν καὶ εὐάγκων κατ' ἔξου-
10 σίαν ἀποφευγόντων, ἤντικα ἄν πλήθος ἐπιδύν ιδοιεν, ἐπιλανθάνων δὲ σχολαίοις καὶ τοῖς κοντοῖς ἀναιραύντων, τοσοῦτος ἐγένετο Σκυθῶν φύρος ἀστε ἀπαγορεύσαντας αὐτοὺς ἐθελῆσαι περαιώθη-
20 ναι τὸν Ἰστρὸν καὶ σφᾶς ἐκδοῦναι τοῖς Οὔννοις μᾶλλον ἢ ὑπὸ Σαρρακηνῶν πανωλεθρίᾳ διαφθαρῆναι. καταλιπόντων δὲ αὐτῶν
15 τοὺς περὶ Κωνσταντίνου τὴν πόλιν τόπουν καὶ πορρωτέρω προελ-
θόντων, γέγονεν εὐρυκλωδεῖ τῷ βασιλεῖ παραγαγεῖν εἰς τὸ πρόσω
τὸ στράτευμα.

Σχοπονμένον δὲ αὐτοῦ τίνι δέοι τρόπῳ διαθεῖναι τὸν πόλε-
μον πλήθους ἐπικειμένον τοσούτον βαρβάρων, καὶ ἅμα τῇ τῶν
20 ἀρχόντων βαρυνομένον κακίᾳ, καὶ παραλῦσαι μὲν αὐτοὺς διὰ τὸν
περιέχοντα τὰ πρώγματα σάλον δκνοῦντος, ἀποροῦντος δὲ τίσι
τὰς ἡγεμονίας παμαδοῦναι προσῆκει μηδενὸς ἀξιόχρεω φαινομέ-

1 σύνθημα LP. 2 ἐπεξήσαν P. rectius ψεξήσαν. 3.
10 ἀν] δ' ἀν LP. cf. ξενθα δ' ἀν p. 179 3.

thicum prius immittere. quapropter accepta illi a principe tesserā exiguo numero alii post alios extra Cpolis portas egrediebantur, et remotos a suis Scythes contis transfigentes multorum capita quotidie afferebant. et quoniam equorum celeritas ictuque contortorū Scythis perquam difficulter posse superari videbantur, astu nationem Sarraceniam circumvenire statuerunt. itaque depresso in locis abditis insidiis, tres Seythas unum Sarracenum adoriri placuit; qui sane dolus eis non successit, Sarracenis ob equorum suorum velocitatem et agilitatem pro lubitu aufugientibus, quoties multitudinem aliquam adventare cernerent. iidem si tardiores adactis equis invaderent eosque contis interimerent, tanta Scytharum caedes edebatur, ut Istrum re desperata transmittere mallent et Hunnis se potius dedere, quam a Sarracenis ad internacionem deleri. cumque vicina Cpoli loca deseruisse et ultius easent progressi, spatium imperatori datum est copias suas longius promovendi.

Considerante autem ipso quo pacto bellum hoc gerendum esset tanta multitudine barbarorum imminente, cum pariter et improbitas magistratum ei molestiam exhiberet, quibus imperium abrogare verebatnr propter eam tempestatem qua tum res agitabantur, et quinam praeificandi muneribus es-
sent, quibus parem et idoneum videre erat neminem, ambigeret, Sebastia-

τον, καταλιπὼν Σεβαστιανὸς τὴν ἐσπέραν οὖν τῶν αὐτόθι βασι-
λέων διὰ νεότητα φρονεῖν ταῦτα πρὸς ἑαυτοὺς οὐκ ἀνεχομένων,
ἀλλὰ ἐκδόντων ἑαυτοὺς εὐνούχων ἐπὶ τῷ κοιτῶνι τεταγμένων δια-
βολαῖς, εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν παρεγένετο. (23) τοῦτο
μαθὼν Οὐάλης, καὶ τὰς ἦν πολέμοις καὶ τῇ πάσῃ πολιτείᾳ τοῦ 5
ἀνδρὸς ἀρετὰς ἐπιστύμενος, αἱρεῖται στρατηγὸν αὐτὸν καὶ τὴν
ἡγεμονίαν τοῦ παντὸς πιστεύει πολέμου. ὃ δὲ πρὸς τὸ ἐκδεδη-
τημένον καὶ παντάπασιν ἐκμελὲς τῶν ταξιάρχων καὶ στρατιωτῶν
ἀφορῶν, καὶ ὡς εἰς φυγὴν μόνον εἰσὶ γεγυμνασμένοι καὶ γυναι-
κώδεις καὶ ἀθλίας εὐχάριστος, δισχιλίους ἔτησεν, σῆς ἀν ἔλοιτο, δο-10
θῆναι στρατιώτας αὐτῷ· πλήθους γάρ ἡγεῖσθαι χαύνως ἡγμένων
ἀνθρώπων μὴ ὁδίον εἶναι, παιδαγωγῆσαι δὲ δλήγοντας καὶ εἰς τὸ
ἀρρενωπὸν ἐκ τοῦ θήλεος ἀναγαγεῖν οὐ σφόδρα δύσκολον εἶναι,
καὶ ἄλλως δὲ λυσιτελές μᾶλλον ἐν δλήγοις ἢ παντὶ κινδυνεύειν τῷ
πλήθει. πειθεὶ ταῦτα λέγων τὸν βασιλέα, καὶ λαβὼν ἀρεταῖς οὐκ 15
ἐκ τῶν ἐντεθραμμένων δειλίᾳ καὶ πρὸς τὸ φεύγειν γεγυμνασμένων
οὓς ἔτησεν ἔλετο, γεωστὶ δέ τινας ἱναριθμηθέντας τῷ στρατο-
πέδῳ καὶ σώματος ἀνατρέχοντας εὐφνίᾳ καὶ προσέτι γε τῷ φύσει
τεκμαριεσθαι δυναμένων φαινομένους εἰς ὅπερ ἥρεθησαν ἵκανούς.
αὐτόθεν οὖν ἐκάστον τῆς φύσεως ἐπειρᾶτο, καὶ τῇ συνεχεῖ γυμνα-20
σίᾳ τὸ ἐνδέον ἐπλήρων, πειθομένους μὲν ἐπαινῶν καὶ δωρεαῖς
ἀμειβόμενος, ἀπειθοῦσι δὲ σφοδρὸς καὶ ἀπαραιτητος εἶναι δοκῶν.

2 ταῦτα R: libri ταῦτα.

19 γρέθησαν S: γρέθωσαν L, ἡρε-

θίσαι P.

nus Occidente relicto, quod istic qui erant imperatores, ob imbecillitatem
aetatis inter se concordes esse non possent, sed eunuchorum cubiculis praefectorum
calumniis totos se traderent, Cpolim venit. (23) ea re cognita
Valens, qui huius viri tam in bellis quam administranda universa re publica
virtutes norat, Sebastianum praetorem copiarum eligit, eiusque fidei totius
belli gerendi munus committit. is ad molliitionem summamque socordiam tribu-
norum atque militum respiciens, et quod ad fugam et muliebria miseraque
vota duntaxat exercitati essent, duo milia militorum, quos ipse deligeret, sibi
dari petiit. existimabat enim non esse facile multititudini hominum praeesse,
qui dissolute gubernati fuissent; at instituere panicos et a moribus effemina-
tis ad viriles traducere non admodum esse difficile. magis et alioquin expedi-
re, si fiat in paucis potius quam in universa multitudine periculum. haec
dicens imperatori persuadet; electionemque nactus non eos sibi suntit qui
essent innutriti formidini et ad capessendam fugam exercitati, sed quosdam
recens adscriptos exercitui, corporisque dotibus egregiis a natura praeditos,
et qui praeterea coniectandi perito viderentur, ad quodcumque facinus inci-
tarentur, idonei futuri. confessim igitur cuiusque naturam explorat, et exer-
citione frequenti quod deerat supplet, dicto audientes collaudans ac mu-
neribus afficiens, in alios inobedientes ita se gerens ut acerbis et inexorabi-

οὐτια δὲ τοὺς σὸν αὐτῷ πρὸς πᾶσαν πολεμικὴν ἐπιστήμην μάκησας τὰς μὲν τειχῆρεις κατέλαμψαν πόλεις, τῆς ἀσφαλείας δὲ μάλιστα τοῦ στρατοπέδου ποιῶμενος λόγον, ἐνέδραις δὲ συνεχέσι τοῖς προνομεύοντοι τῶν βαρβάρων ἐπήει, καὶ νῦν μὲν τῷ πλήθει τῶν 5 λαφύρων εὑρίσκων βαρυνομένους ἀνήρει, τῆς λείας γενόμενος κύριος, νῦν δὲ μεθόντας, ἄλλονς δὲ τῷ ποταμῷ λονομένους ἀπέσφαξεν. ὡς δὲ τὸ πολὺ τῶν βαρβάρων τοῖς τοιούτοις στρατηγήμασιν ἐδαπάνησε μέρος, καὶ τὸ λειπόμενον δέει τοῦ στρατηγοῦ τοῦ προνομεύειται ἀπέσχετο, φθόνος ἔξανταται κατ' αὐτοῦ μέγιστος. οὗτος δὲ ἔτικτε μίσος, ἐγενέθη τε διαβολιὰ πρὸς τὸν βασιλέα, τῶν τοῦ Ἀρχείου ἐκπεπτωκότων τοὺς κατὰ τὴν αὐλὴν εἰνούχους παροφθάντων εἰς τοῦτο. οὕτω δὴ τοῦ βασιλέως εἰς ἄλογον ἐποψίαν παρατραπέντος, Σεβαστιανὸς μὲν ἐδήλων κατὰ χώραν μένειν τῷ βασιλεῖ καὶ μὴ περιπλέω προβαίνειν· οὐδὲ γάρ εἶναι 15 ὁρῶστον πλήθεις τοσούτῳ πόλεμον ἐκ τοῦ προφανοῦς ἐπάγειν, ἀλλ᾽ ἐκ περιδρομῆς καὶ λαθραίσις ἐπιθέσει τρίβειν τὸν χρόνον, ἔως ἂν σπάνει τῶν ἐπιτηδείων ἀπειπόντες ἢ παραδοῖεν αὐτούς, ἢ τῶν ὑπὸ Ρωμαίους χωρίους ἀναχωρήσαιεν, τοῖς Οὔννοις ἐκδιδόντες τὸ καθ' ἑαυτοὺς μᾶλλον ἢ τοῖς ἐκ τοῦ λαμποῦ συμβαίνειν εἰωθόσιν 20 οἰκτροτάτους ὀλέθρους. (24) ἀλλ' ἐκείνου ταῦτα παραινοῦτος, a. 878

οἱ τὸναντία σπουδάζοντες ἔξεναι μᾶλλον τὸν βασιλέα παντοφατιᾷ παρεχάλοντες ἐπὶ τὸν πόλεμον ὡς ἡδη τῶν βαρβάρων ὡς ἐπίπαν ἀπολωλότων καὶ ἀκοντὶ τοῦ βασιλέως τῇ νίκῃ παρισταμένου.

18 Ῥωμαίων L.

19 πολέμου L.

līs esse videretur. hoc modo suis ad omnem disciplinam bellicam exercitū in oppida moenibus cincta se recipit, eius in primis ratione habita, ut in tuto esset exercitus. simul continuis insidiis barbaros pabulatum egressos adoritur, ac modo copia spoliiorum onutus inveniens, praeda suam in potestatem redacta trucidat, modo temulentos, quosdam et lavantes in flumine, iugulat. cum magnam barbarorum partem huiusmodi strategematis delevisset, ac reliqui metu ducis a pabulando se continerent, maxima quedam adversus eum invidia nata est. ea vero peperit odium; unde criminationes erga principem oriebantur, ab iis prefectas quibus erant abrogata imperia, quiique spadones aulicos ad hoc incitabant. cum hoc modo imperator ad absurdam suspicionem improbe fuisse impulsus, Sebastianus ei significat ut suo loco maneret nec ulterius progrederetur: non enim in proclivi esse tanta cum multitudine aperto Marte congregari, sed per circuitus et clandestinis aggressionibus tantisper extrahendum esse tempus, donec inopia commeatus desperatis rebus vel se dederent, vel ex dicione populi Romani abiarent atque Huonis se potius permitterent quam miserrimi cladi bus, quae famem comitari soleant. (24) verum haec illo monente, qui contrariarum partium erant imperatorem hortantur, ad bellum potius universo cum exercitu egredieretur, quasi barbaris iam maiori ex parte deletis sine labore princeps ad victoriam accessu-

κρατησάσης δὲ τῆς χειρονος γνώμης, ἐπειδὴ πρὸς τὸ χεῖρον ἦγεν
ἡ τύχη τὰ πράγματα, τὸν στρατὸν ἄπαντα σὺν οὐδενὶ κόσμῳ πρὸς
τὴν μάχην ἔξηγεν ὁ βασιλεύς. οἱς ἀπαντήσαντες ἀπροφασίστως
οἱ βάρβαροι, καὶ παρὰ πολὺ τῇ μάχῃ κρατήσαντες, μικροῦ μὲν
ἄπαντας πανωλεθρίᾳ διέφθειραν· σὺν δὲ λίγοις δὲ πεφευγότος εἰς
τινα κώμην τοῦ βασιλέως, οὐδὲ οὐσαν τειχόη, περιθέντες ὑλὴν
πανταχόθεν τῇ κώμῃ καὶ πῦρ ἐνέντες τοὺς ἐν αὐτῇ συμφυγόντας
μετὰ τῶν ἴνοικούντων ἐνέπορσαν, ὡς μηδὲ τῷ τοῦ βασιλέως σώ-
ματι δυνηθῆναι τινα πατέπαισιν ἐπιστῆγαι.

Τῶν δὲ πραγμάτων ἐπὶ λεπτοτάτης ἐστώτων ἐλπίδος, Bl-10
κτωρ ὁ τοῦ Ῥωμαίων ἡγούμενος ἵππικον, τὸν κίνδυνον ἀμα τισὸν
ἵππεῖσι διαφυγῶν, ἐπὶ Μακεδονίαν τε καὶ Θεσσαλίαν ἐλάσας
Gratianus κάκεῖθεν ἐπὶ Μυσοὺς καὶ Παιονας ἀναδραμών, αὐτόθι διατρέ-
et Valentini- βοντι τῷ Γρατιανῷ τὸ συμβάν ἀπαγγέλλει καὶ τὴν τοῦ στρατοπέ-
nianus II. δον καὶ τοῦ βασιλέως ἀπώλειαν. ὁ δὲ οὐ σφόδρα μὲν λυπηρῶς 15
τὴν τοῦ θείου τελευτὴν ἤνεγκεν (ἢν γάρ τις ὑποψίᾳ πρὸς ἀλλή-
λους αὐτοῖς), ὅρων δὲ αὐτὸν οὐκ ἀρκοῦντα πρὸς τὴν διοίκησιν,
Θράκης μὲν ὑπὸ τῶν ἐφεστώτων ταύτῃ βαρβάρων κατεχομένης
καὶ τῶν περὶ Μυσίαν καὶ Παιονίαν τόπων ὑπὸ τῶν ταύτῃ βαρβά-
ρων ἐνοχλούμενων, τῶν δὲ περὶ τὸν Ῥῆγον ἐθνῶν ἀκωλύτως ταῖς 20

Gratianus, πόλεσιν ἐπισύντων, αἰρεῖται τῆς βασιλείας κοινωνὸν Θεοδόσιον,
Valentinia- ἐκ μὲν τῆς ἐν Ἰβηρίᾳ Καλλαικίας, πόλεως δὲ Καύκας ὁρμάμε-
nus II et Theodosius γον, ὅντα δὲ οὐκ ἀπόλεμον οὐδὲ ἀρχῆς στρατιωτικῆς ἀπειρον.

a. 379

22 Καλλεγίας LP. δὲ add P.

rus esset. cum autem sententia deterior fortuna res in peius agente,
kopias universas imperator ad pugnam nullo producit ordine; quibus ubi
barbari abesse tergiversatione occurrisse ac proelio longe superiores es-
sent, propemodum universos ad internacionem deleverunt. imperatore vero
fuga cum paucis in vicum quandam elapsi nullis cinctum moenibus, ab omni
parte vico materie circumdatum igneque immisso, quotquot eo confugerant,
una cum incolis concremarunt, ita ut ne ad corpus quidem imperatoris
omnino quisquam pervenire posset.

Rebus ad spem minutissimam redactis dux equitatus Romani Victor, e
periculo cum nonnullis equitibus elapsus, cum in Macedoniam Thessalamque
contendisset atque inde ad Moesos et Pannonios excurrisset, Gratiano in iis
locis commoranti rem, uti accidisset, nuntiat, itemque tam exercitus quam
imperatoris interitum. ille non admodum maesto patrui caedem animo tulit,
quod inter eos suspicio quaedam intercederet. sed quia videbat se rebus ad-
ministrandis non sufficere. Thracia quidem a barbaris, qui eam invaserant,
occupata, Moesiae vero Pannoniaeque locis ab haerentibus ibidem barbaris
vexatis, Rhenanis denique nationibus urbes citra cuiusquam impedimentum
infestantibus, imperii consortem Theodosium deligit, oriundum ex oppido
Hispanicae Calisœiae Cauca, hominem belliosum et imperii militaris haud

ἐπιστήσας δὲ τοῖς κατὰ Θράκην αὐτὸν καὶ τὴν ἐώαν πράγμασιν αὐτὸς ἐπὶ Γαλάτας τυδίς ἐσπερίους ἔχωρει, τὰ αὐτόθι διαδήσων, εἰ οἶσι τε γένοστο.

25. Θεοδοσίου δὲ τοῦ βασιλεῶς κατὰ τὴν Θεσσαλονίκην 5 διατείθεντος, πολλοὶ παταχθέντες κατὰ κοινάς καὶ ίδιας συρρέοντες χρείας τῶν προστηκόντων τυγχάνοντες ἀπηλλάττοντο. πλήθος δὲ πολλοῦ τῶν ὑπέρ τὸν Ἰστρὸν Σκυθῶν, Γότθων λέγω καὶ Ται— a. 380 φάλων καὶ ὅσα τούτοις ἦν ὅμοδαιτα πρότερον ἔθνη, περαιωθέντων καὶ ταῖς ὑπὸ τὴν Ρωμαίων ἀρχὴν οὖσαις πόλεσιν ἐνοχλεῖν 10 ἀναγκαζομένων διὰ τὸ πλῆθος Οὔννων τὰ παρ' αὐτῶν οἰκούμενα κατασγεῖν, ὃ μὲν βασιλεὺς Θεοδόσιος ἐς πόλεμον παντρατιᾶ παρεσκευάζετο· πάσης δὲ τῆς Θράκης ὑπὸ τῶν εἰρημένων ἔθνῶν ἥδη κατειλημμένης, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ φυλακῇ τῶν πόλεων καὶ τῶν αὐτόθι φρουρίων οὐδὲ ἐπὶ βραχὺ θαρρούντων ἔξω τῶν τειχῶν 15 προελθεῖν, μῆτι γε καὶ ἐν τοῖς ὑπιλθροῖς εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, Μοδύρης ὧν μὲν ἐκ τοῦ βασιλείου τῶν Σκυθῶν γένους, οὐ πρὸ πολλοῦ δὲ πρὸς Ρωμαίους αὐτομολήσας καὶ δι' ἦν ἐπεδείξατο πίστιν στρατιωτικῆς προβεβλημένος ἀρχῆς, ἐπὶ τινος ἀναβιθάσας λόφου τοὺς στρατιώτας, ὅμαλον μὲν καὶ γεώδους, ἐκτεινομένου δὲ εἰς 20 μῆκος καὶ πεδία μέγιστα ὑποκείμενα ἔχοντος, ἐλαθε μὲν τοὺς βαρεβάρους τοῦτο πεποιηκάς, ἐπει δὲ διὰ τῶν κατασκόπων ἔγνω πάντας ἐν τοῖς ὑποκειμένοις τῷ λόφῳ πεδίοις τοὺς πολεμίους ἀποχρησαμένους τῇ κατὰ τοὺς ἄγροδς καὶ τὰς ἀτειχίστους κώμας εν-

23 ἀτείχους P, ea forma qua εὔτειχος et εὐξιφος apud Apollonium grammaticum. S.

ignarum. hoc Thraciae rebus et Orienti praefecto ipse ad occidentales Gallos tendit, ut eorum locorum res, si posset, componeret.

25. Dum imperator hic Theodosius Thessalonicae commoratur, multi propter publicas et privatas necessitates illuc undique confluentes, impetratis ab eo quae per erat, discedebant. cum autem ingentes copiae transistriarum Scytharum, Gothorum inquam et Taifalorum et aliarum gentium, quae prius inter hos vivere solebant, flumen transiebissent, et oppidis Romanæ dicionis propterea graves esse cogerentur, quod Hunnorum multitudine terras ab ipsis habitatas occupasset, Theodosius imperator ad bellum gerendum universis se cum copiis parabat. tota vero ab iis nationibus quas diximus occupata Thracia, et oppidorum in illis locis castellorumque praesidiariis ne paulum quidem extra munitiones progrederentibus, nedum ut apertis in locis manu consererent, Modares, et regio Scytharum genere oriundus, qui non multo ante transfugerat ad Romanos et propter fidem Romanis navatam operam magisterium militum fuerat adeptus, cum milites in collem quendam duxisset, planum quidem illum et arvo similem, sed qui porrigeretur in longum et amplissimos campos sibi subiectos haberet, ibidem, barbaris id ab eo factum ignorantibus, haerebat. cum autem per exploratores intellexisset universos in campis colli subiectis hostes, abusos annona quam in agris et

ρεθείση τροφῇ κεῖσθαι μεθύοντας, ἡσυχῇ παραγγέλλει τοὺς στρατιώτας ἔιρῃ μόνα καὶ ἀσπίδας ἐπικομιζομένους, μείζονος δὲ ἡ βιαρυτέρας ὑπεριδόντας ὅπλισεως καὶ τοὺς συνασπισμοὺς τοὺς συνήθεις ἐάσαντας, ἐπελθεῖν τοῖς βιαφύροις ἥδη τῇ τρυφῇ παρειμένοις· οὐπέρ γεγενημένου βραχὺ τι τῆς ἡμέρας ἐπιθέμενοι τοῖς 5 βιαφύροις οἱ στρατιῶται πάντας κατέσφαξαν, τοὺς μὲν οὐδὲν αἰσθανομένους, τοὺς δὲ ἄμα τῇ αἰσθήσει τρωθέντας, καὶ ἄλλους ἄλλοις θανάτου τρόποις ἀναιρεθέντας. ἐπει δὲ τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ὑπέλειφθη, τοὺς μὲν πεσόντας ἐσκύλευνον, ἐπὶ δὲ τὰς γυναικας καὶ τοὺς παιδας ὄφρησαντες ἀμάξας μὲν εἶλον τετρακισχιλίας, 10 αἰχμαλώτους δὲ δοσούς ἦν εἰκὸς ἐπὶ τοσούτων ἀμαξῶν φέρεοθαι, δίκα τῶν βύθην ταῦτας ἀκολουθούντων καὶ ἐξ ἀμοιβῆς, οἷα φιλεῖ γινεσθαι, τὰς ἀνυπαύσεις ἐπ' αὐτῶν ποιουμένων. οὕτω τοῖς ἀπὸ τῆς τύχης πορισθεῖσι τοῦ στρατοῦ χρησαμένου, τὰ μὲν τῆς Θράκης, εἰς ἕσχατον ἀπωλείας ἐλάστιν κινδυνεύσαντα, τέως ἦν 15 ἐν ἡσυχίᾳ παρὰ πᾶσαν ἐπίλια τῶν ἐν ταύτῃ βιαφύρων ἀπολομένων.

26. Τὰ δὲ κατὰ τὴν ἑώραν οὐ πόρρω γέγονε παντελοῦς ἀπωλείας ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. τῶν Οὐννων, ὃν τρόπον διεξῆλθον, τοῖς ὑπὲρ τὸν Ἱστρὸν κατωκημένοις ἐθνεσιγ ἐπελθόντων, οὐκ 20 ἐνεγκόντες οἱ Σκύθαι τὰς τούτων ἐφόδους Οὐάλεντος τηνικαῦτα βισιλεύοντος ἐδεήθησαν κατὰ τὴν Θράκην δέξασθαι αὐτούς, συμμιγχῶν τε καὶ ὑπηκόων πληρώσοντας χρέαν, ὑπηρετησομέ-

10 τετρακισχιλίους vulgo.

vicis non munitis reppererant, vino iacere obrutos, tacite militibus imperat ut gladios duntaxat et scuta ferentes, armis maioribus gravioribusve posthabitatis consuetisque scutorum condensationibus omisis, barbaros iam luxu solutos invaderent. quod ubi factum esset, per exiguo diei tempore barbaros adorti milites universos interfecerunt, cum quosdam nihil sentientes, quosdam inter sentiendum vulnerassent, et aliis alios mortis generibus interemisset. cum nulli iam viri superessent, mortuos spoliavit, et mulieres ac pueros aggressi quattuor plaustrorum milii capiunt cum tot mancipiis quot erat consentaneum tot vehi curribus, praeter eos qui pedites plaustra comitabantur ac per vices, ut fieri consuevit, in plaustris quiescendo se recreabant. ita cum iis quae fors fortuna obtulerat usus esset exercitus, rea Thraciae, in extremo periculo exitii constitutae, tum quidem in tranquillo erant, barbaris in ea praeter omnem spem deletis.

26. Orientis autem res ex huiusmodi causa parum aberat quin procerus interirent. Hunnis eo modo quo diximus transistrianas gentes aggressis, cum impressiones illorum Scythas sustinere non possent, Valeat id temporis rerum patientem obsecrarent ut se per Thraciam reciparet, sociorum et subditorum facturos officium, et obsecuturos in rebus omnibus quas pri-

νονς δὲ πᾶσιν οἵς ἦν δὲ βασιλεὺς ἐπιτάξει. τούτοις ὑπαχθεὶς τοῖς λόγοις δὲ Οὐάλης δέχεται μὲν αὐτούς, οἱηθεὶς δὲ τῆς αὐτῶν πλοτεως ἔχέργηντον ἀσφάλειαν ἔχειν εἰ τοδες αὐτῶν παιδας εἰς ἡβην a. 378 υπὸ προειδόντας ἐν ἐτέρᾳ που διαιτᾶσθαι παρασκευάσει γώρα, 5 πλῆθος πολὺ τι παιδιφρῶν εἰς τὴν ἐψάνταν ἐκπέμψας Ἰούλιον ἐπέστησε τῇ τούτων ἀνατροφῇ τε καὶ φυλακῇ, τὴν ἀγγίνουσαν τοῦ ἀτρόδος πρὸς ἔκάτερον ἀρκεῖν ἡγησάμενος. δὲ ταῖς πόλεσιν αὐτούς ἐγκατένειμεν, ὥστε μὴ βάροβαρον νεολαίαν, εἰς πλῆθος συνειλεγμένην τοσοῦτον, ἐνρυχωρᾶν ἔχειν τοῦ νεωτερίζειν τι καὶ 10 ἔξαν τῶν οἰκείων συμφρονήσαι. τούτοις ἐνδιαιτωμένοις ταῖς πόλεσι καὶ ἡδη ταῖς ἡλικίαις ἀκμάζοντο τὰ κατὰ τὴν Θράκην συμβάντα τοῖς αὐτῶν ὁμοφύλοις ἡγγέλθη. δυσχεράντες δὲ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἀλλήλοις τε ὧδιλον δοσοι κατὰ τὴν αὐτὴν πόλιν ἔτυχον δῆτες, καὶ τοῖς ἐτέραις πόλεις οἰκοῦσι λαθραίως ἐδήλουν, τῇ κατὰ 15 τῶν πόλεων ἐπιθέσει τιμωρῆσαι τοῖς σφάντη πατράσι καὶ ὁμοφύλοις διανοούμενοι. ταύτης αἰσθόμενος δὲ Ἰούλιος τῆς τῶν βαρβάρων δόρμης, καὶ ἀπορῶν μὲν δὲ τι πράξειε, δεδιὼς δὲ τὴν τῶν βαρβάρων ἐφ' ὅπερ δὲν δόρμησοι πρόβειρον ἐπιχείρησιν, τῷ μὲν βασιλεῖ Θεοδοσίῳ δῆλον καταστῆσαι τὸ μελετώμενον οὐκ ἔγνω, καὶ ἐν 20 τοῖς περὶ Μακεδονίαν ἐνδιαιτούμενοι τόποις, καὶ προσέτι γε ὡς μὴ πιού ἀντοῦ παρὰ Οὐάλεντος δὲ ταύτην ἐπιτραπεῖς τὴν φροντίδα, καὶ οὕπω σχεδὸν τῷ τότε βασιλεύοντι γνωριζόμενος· τῇ δὲ κατὰ τὴν Κωνσταντινούπολιν γερουσίᾳ γράψις ἐν παραβύστῳ,

5 Libanio "Ιουλλος.

9 συνειλεγμένων libri: corr S.

εὐρ-

χωρίας libri: corr idem.

ceps imperasset. his verbis persuasus Valens suscipit ille quidem eos, sed ratus ipsorum se fidei nomine cautionem habiturum idoneam, si liberos eorum necedum puberes in alia regione curaret educari, magnam puerolorum multitudinem in Orientem mittit, eorumque praeficit educationi et custodias Iulium, quod eius viri sagacitatem et industriam utriusque suffecturam officio putaret. Iulius eos in oppida distribuit, ne barbara iuventus, tanto collecta numero, amplum haberet molendi res novas spatium et a suis remota conspiraret. his intra civitates degentibus et aetatis iam maturitatem assecutis eae res nuntiabantur, quae res in Thracia popularibus suis accidissent. qua fama per moleste cognita, quotquot in eodem erant oppido, inter se congregantur, et alias urbes inhabitantibus clanculum significant cogitare se, Romanas urbes adoriendo parentes ac populares suo ulisci. Iulius hoc instituto barbarorum animadverso inops consilii quid potissimum ageret, simulque barbarorum conatus expeditos veritus, quoconque se convertissent, Theodosio quidem imperatori, quid ageretur, minime statuit aperiendum, partim quod is in Macedonia locis haereret, partim quod a Valente fuisse haec ei commissa procuratio, non a Theodosio tunc rerum domino, cui prope necedum innotuerat: scriptis autem secreto ad senatum Cpolitanum literis et

καὶ παρὰ ταύτης ἐπιφανεῖς ὅ τι ἄν λυσιτελεῖν ἡγήσαιτο πρᾶξαι, τοιῷδε τινὶ τρόπῳ τὸν ἐπηρημέγον ταῖς πόλεσιν ἀποσέλεται κίνδυνον. καλέσις ὡς ἔαντὸν ἀπανταῖς ὅσοι ταγμάτων ἔτυχον στρατιωτικῶν προεστῶτες, καὶ ὄρκοις καταλαβών, ἦν εἶχε γνώμην αὐτοῖς ἔκοινώσατο. οἱ δὲ ἀπερ ἔδει πράττειν ἀκηκοότες, λόγους 5 ἐνέσπειραν τοῖς ἐν ἐκάστῃ πόλει βιαρβάροις, ὡς ὁ βισιλεὺς ἀδραῖς σφόδρα δωρεαῖς αὐτοὺς ἀμείψασθαι βούλοιτο καὶ διαδοῦναι πᾶσιν οὐ χρήματα μόνον ἀλλὰ καὶ γῆν, ὡς ἄν εἰς τὴν ὑπέρ αὐτοῦ καὶ Ἐρωμαίων εὔνοιαν ἐπιδοῖεν. ἐπὶ τούτοις τε ἐκέλεων εἰς τὰς μητροπόλεις ἀγείρεσθαι, ὁ ἥτης αὐτοῖς εἰς τοῦτο δοθείσης ἡμέρας. 10 ταύταις ἐπαρθέντες οἱ βάρβαροι ταῖς ἀποστολαῖς ἔχαλασσαν μὲν τι τοῦ θυμοῦ καὶ τῆς κατὰ τῶν πόλεων ἀπωλείας, ἀναμείναντες δὲ τὴν κυρίαν, οὖπερ ἦν τεταγμένον ἐκάστοις λέναι, συνέρρεον. εἰδότες δὲ καὶ οἱ στρατιῶται τὸ σύνθημα, καταλαβόντες τὰ ταῖς ἀγοραῖς ἐπικείμενα τέγη τοὺς βιαρβάρους εἰσιθνεῖς λίθοις καὶ βέλεσι κατη- 15 κόντισαν, ἔως ἀπαντας πανωλεθρῷ διαφθείραντες τὰς ἐν τῇ ἑώᾳ πόλεις τῶν ἐπικειμένων ἡλευθέρωσαν φόβων.

27. Τὰ μὲν οὖν κατὰ τὴν ἑώαν καὶ Θράκην συμπεσόντα ἐλαττώματα τῇ τῶν στρατηγῶν ὑγχινοὶ ταύτην ἔσχε τὴν τελευτήν. ὁ δὲ βισιλεὺς Θεοδόσιος ἐνδιαιτώμενος ἦτι τῇ Θεσσαλονίκῃ τοῖς 20 μὲν ἐντυγχάνοντοι ἐδόκει πως εὐπρόσιτος εἶναι, τρυφὴν δὲ καὶ ἐκμελεῖαν τῆς βασιλείας προοίμια ποιησάμενος τὰς μὲν προεστῶσις ἀρχὰς συνετύραξε, τοὺς δὲ τῶν στρατιωτικῶν ἡγουμένους

4 δρονος libri: corr S. 8 ω LP.

ab eo accepta potestate agendi quicquid expediturum rei publicae putaret, tali quodam modo periculum urbibus imminens avertit. arcessitis ad se omnibus ordinum militarium praefectis et sacramentis exactis, consilium quod instituisset cum eis communicat. illi, perceptis iis quae essent peragenda, rumores inter cuiuslibet urbis barbaros didunt, imperatorem largis admodum muneribus eos afficerre velle, nec pecuniam dunxat verum etiam agros distributurum in omnes, ut eos ad suam et populi Romani amicitiam pelliceret. ideoque iubebant ut certo ad hoc eis die statuto intra metropoles convenient, per has elati spes barbari nonnihil de iracundia deque struendo urbibus exitio remittunt, et exspectato die praestituto, quo singuli venire iussi fuerunt, confluunt. cum autem milites quoque datam sibi tesseram non ignorarent, occupatis tectis quae versus forum quodlibet spectabant, ingressos barbaros lapidibus et telis tantisper petunt, donec universis ad internectionem deletis urbes orientales imminent formidine liberassent.

27. Et dannas quidem, quae per Orientem et Thraciam acciderant, exitum huiusmodi, sagacitate ducum, habuerunt. imperator autem Theodosius, adhuc Thessalonicae degens, adeuntibus ille quidem facilis accessu videbatur, sed a voluptate negligentiaque exorsus imperium officia praepositorum rei publicae magistratum conturbavit, et rerum militarium duces nu-

πλείονας ἡ πρότερον εἰργάσατο· ἐνὸς γὰρ ὅντος ἵππων καὶ ἐπὶ τῶν πεζῶν ἐνὸς τεταγμένου, πλεοσιν ἡ πέντε ταύτας διένειμε τὰς ἀρχάς, τούτῳ τε καὶ τῷ δημόσιον σιτήσεσιν ἐβάρυνε πλεοσιν (οὐκέτι γὰρ δύο στρατηγοῖς μόνοις ἀλλὰ πέντε καὶ πλεοσιν, ὅσα 5 ἔκιστος τῶν δύο πρότερον εἶχεν, ἔχοφηγοῦντο) καὶ τοὺς στρατιώτας τοσοῦτων ἀρχόντων ἐκδέδωκε πλεονεξίᾳ· τούτων γὰρ ἔκαστος οὐκ ἀντὸν μέρος, ἀλλὰ δόλοκληρον, ὃς ἂν εἰ δύο μόνων ὄντων, ἐκ τῆς περὶ τὰ στρατιωτικὰ σιτηρότητας καπηλείας ἀθροίζειν ἐβούλετο κέρδος. καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ Ἰλάρχας καὶ λο-
10 χαγοὺς καὶ ταξιάρχους εἰς πλῆθος ἤγαγε τοσοῦτον ὥστε διπλασίους ἡ πρότερον εἶχε λελεῖφθαι, τοὺς δὲ στρατιώτας τῶν ἐκ τοῦ δημοσίου διδομένων αὐτοῖς ἔχειν οὐδέτερον.

28. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν εἰς τούτο κατέστησεν ἡ τοῦ βασιλέως ἐκμέλεια καὶ ἡ ἀλογος τῶν χρημάτων ἐπιθυμία, τοσαύτην δὲ 15 ἐπεισήγαγε τῇ βασιλικῇ τραπέζῃ δαπάνην ὥστε διὰ πλῆθος τῶν ἀδεσμάτων καὶ τῆς περὶ ταῦτα πολυτελείας τάγματα πολυάνθρωπα καταστῆναι μαγείρων τε καὶ οἰνοχόων καὶ τῶν ἄλλων, οὓς εἴ τις ἔξαιριθμήσασθαι βούληθετη, συγγραφῆς αὐτῷ πολυστιχὸν δεῖσει. περὶ γὰρ τοῦ πλήθους τῶν περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνού-
20 χων, καὶ ὡς οἱ πλεῖστοι τούτων, δοσοὶ μάλιστα τῶν ἄλλων ὧρᾳ διέφερον, ἄρχοντάς τε οὓς ἦβούλοντο παρῆγον εἰς μέσον καὶ τῆς βασιλείας ἀπάσης τὴν ἐπικράτειαν ἔσχον, τὴν τοῦ βασιλεύοντος

1 εἰργάσατο S: libri ἔργασάμενος. ἵππων Leunclavius: libri ὑπάρχον. 4 ὅσα L margo: ὅσοις P. 7 οὐ κατὰ μέρος?
21 τε οὓς R: τέως LP.

mero plures quam antea fuissent, instituit. quippe cum unus esset equitum magister et unus itidem peditum praefectus, pluribus quam quinque magistratus hosce distribuit, et hoc ipso fiscum pluribus annonis gravavit: non enim amplius duobus tantummodo ducibus, sed quinque vel pluribus etiam, quaecunque duum illorum quilibet ante habuisset, praebebantur. simul tot magistratum avaritia milites exposuit: nam quilibet eorum non partem sed solidum, ac si duo tantum essent, cauponariam quandam ex militariibus annonis facitando colligere lucrum volebat. nec his contentus etiam praefectos alarum turmarumque duces et tribunos tantopere adauxit, uti duplo plures quam prius essent post se reliquerit, et milites interim nihil eorum quae ipsa ex fisco praebebantur acciperent.

28. Sed huc quidem imperatoris negligentia et enormi avaritia res rediit. tanti vero sumptus in mensam imperatoris erogandi primus auctor existit, ut propter ciborum multitudinem et in his apparandis lautitiem populosa coquorum et pocillatorum et aliorum cohortes instituerentur; quas si quis enumerare voluerit, prolixae scriptio eius indigebit. nam de multitudine inservientium principi spadonum, quodque complures horum, praesertim qui ceteris forma praestabant, tam praesides in medium producerent eos quos ipsi vellet, quam quod totum imperium in sua potestate haberant, et quo-

εἰς ὅπερ ἐβούλοντο μεταφέροντες γνώμην, τὸ δεῖ λέγοντα μηκύνει ἐπὶ πλέον τὸν λόγον, δέον τὰ τῆς ἐξείνον τῶν πραγμάτων ἀπωλείας αἵτια διελθεῖν. ἐπειδὴ γὰρ ὡς ἔτυχε, καὶ περὶ τοὺς ἀναισίους, τὰ δημοσιαὶ δαπανῶν πλειόνων εἰκότως ἀδεῖτο χρημάτων, καὶ τὰς τῶν ἐπαρχιῶν ἡγεμονίας ἀνίους προστίθει τοῖς προσιοῦσι, 5 δόξῃ μὲν ἡ βίω σπουδαῖψ παντάπασιν οὐ προσέχων, ἐπιτήδειον δὲ κρίνων τὸν [ἀγρὸν ἥ] ἀργύριον προσάγοντα πλεῖον. καὶ ἣν ἰδεῖν ἀργυραμοιβόνς καὶ διολοστάτας καὶ ἄλλους ἐπ' ἀγορᾶς τὰ τῶν ἐπιτηδευμάτων αἰσχρότατα μετιόντας ἐπιφερομένους τὰ τῶν ἀρχῶν σύμβολα καὶ τοῖς πλείονα ἔχοντας χρήματα τὰς ἐπαρχίας 10 παραδιδόντας. (29) οὕσης οὖν ἡδη τοιαύτης τῆς ἀμφὶ τὴν πολιτείαν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐναλλαγῆς, τὸ μὲν στρατιωτικὸν ἐν δλήῳ μεμείωτο χρόνῳ καὶ εἰς τὸ μηδὲν περιμέτατο, τὰς δὲ πόλεις ἐπιλεοίπει τὰ χρήματα, τὰ μὲν ὑπὸ τῶν ἐπιτεθέντων ἐλσφορῶν, ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον, τὰ δὲ εἰς τὴν τῶν ἀρχόντων ἐκενοῦτο 15 πλεονέξιαν· τοὺς γὰρ μὴ θέραπεύοντας τὴν αὐτῶν ἀπληστίαν τοῖς ἐκ συκοφαντίας πράγμασι περιέβαλλον, μόνον οὐχὶ βοῶντες ὡς ὅσα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς δεδώκασιν ἀνάγκη πᾶσα συναγαγεῖν. ἐκ τού-

7 ἀγρὸν ἥ enatum ex ἀργύρῳ.

13 ἀπολεῖται vulgo.
14 ante τὰ μὲν desideratur aut relativum ὡν, aut copulativa καὶ, aut aliud huiusmodi. Sylb. nihil hic mutat Godofredus meus, vir in media Graeca plura edocetus, quam quidem Sylburgius. vid. eum in Comm. ad l. 6. Theod. Cod. ad leg. Iul. repetund. Ritter. loco commatis post χρήματα aliam distinctionem posui, qua conjectura Sylburgiana magis fit superflua. R. φόρων S, ne discreparet genus participii. at discrepat etiam p. 89 16: τῶν μεινάντων πεντηκοντόρων, et l. 5 c. 26: τῶν πόλεων απεγνωστῶν. cf. Phot. Biblioth. p. 1 b 27, 222 b 38, 231 a 8, 258 b 20, 277 b 8, 450 b 13. Thiersch. de lingua Zaconum p. 536.

cunque lubitum esset, animum principis flecterent, de his, inquam, quid opus est orationem instituere prolixiorē? quando rerum interitus, exinde secuti, causae nobis indicandas veniunt. cum enim temere atque etiam in indignos fisci bona profunderet, ideoque non ab re pluribus pecunias egeret, provinciarum praefecturas quibusvis accendentibus venales exponebat, nulla prorsus existimationis aut honestae vitae ratione habita, sed eum iudicans idoneum qui auri vel argenti maiorem summam afferret. adeoque videre erat argentarios et nummularios et alios, professiones in foro foedissimas obeunte, magistratum insignia ferre, maioremque pecunias vim habentibus provincias tradere. (29) cum talis in re publica iam coepisset, vergens in deterius, mutatio, militares quidem copiae perexiguum intra tempus deminuebantur et in nihilum adeo redigebantur, urbes vero pecunia destituebat, quae partim per imposita tributa modum excedentia, partim per avaritiam magistratum exauriebatur. hi enim eos qui animos ipsorum inexplebiles sibi non conciliabant, omni cultu calumniis opprimebant, tantum non clamantes omnia sibi, quas pro magistratu numerassent, necessario colli-

τον τογαροῦν οἱ τὰς πόλεις οἰκοῦντες πενίᾳ τε καὶ ὀρχόντων κακίᾳ τρυχόμενοι δυστυχῆ καὶ οἴκτιστον ἔφρισον βίον, ἵκετεύοντες τὸν θεῖον καὶ δεόμενοι τῶν τοσούτων αὐτοῖς ἅπιλλαγήν εὑρισθαι συμφορῶν· ἔτι γὰρ ἦν αὐτοῖς ἄδεια τοῦ φοιτᾶν εἰς τὰ ίερὰ καὶ τὰ 5 θεῖα κατὰ τοὺς πιτρίους θεσμοὺς ἐκμειλίτεσθαι.

30. Ὁ δὲ βασιλεὺς Θεοδόσιος παρὰ πολὺ ἐλαττωθὲν τὸ στρατιωτικὸν θεασύμενος, ἐφῆκε τῶν ὑπέρ τὸν Ἰστρὸν βιρβίρων τοῖς βουλομένοις ὡς αὐτὸν λέναι, τοὺς αὐτομόλους ἐντάττειν τοῖς στρατιωτικοῖς τάγμασιν ὑπισχρούμενος. οἱ δὲ τὸ σύνθημα τοῦτο 10 δεξάμενοι ἤτεσάν τε ὡς αὐτὸν καὶ ἀνεμίγνυντο τοῖς στρατιώταις, γνώμην ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες, εἰ πλείους γένοιντο, φῶν ἐπιθέσθαι τοῖς πράγμασι καὶ κρατήσειν ἀπάτων. Ἰδὼν δὲ τὸ πλῆθος τῶν αὐτομόλων ὁ βασιλεὺς ἥδη τὸ τῶν αὐτόθι στρατιωτῶν ὑπεριψόν, ἐν νῷ τε βαλόμενος ὡς καθέξει τις αὐτοὺς ἔτερόν τι παρὰ τὰ συν- 15 τεθειμένα φρονήσαντας, ἄμεινον ὧήθη μέρος τι τούτων τοῖς στρατευομένοις κατὰ τὴν Αἴγυπτον ἀναμιξαί, μέρος δὲ τῶν τὰ ἐκεῖσε τάγματα πληρούντων ὡς ἑαυτὸν ἀγαγεῖν. οὗ δὴ γενομένον, καὶ τῶν μὲν ἐπ’ ἐκεῖνα τῶν δὲ ἐπὶ τάδε κατὰ τὸ βασιλέως σύνθημα προϊόντων, οἱ μὲν Αἴγυπτοι τὴν πάροδον ἡσυχῇ ποιούμενοι διὰ 20 τῶν πόλεων τὰ ἐν χρείᾳ τιμῆς δικαίας ἀνοῦντο, οἱ βάρβαροι δὲ σὺν οὐδενὶ κόσμῳ τῇ παρόδῳ χρώμενοι τὰ ἐπ’ ἀγυρᾶς ὡς ἐβούλοντο διετίθεσαν. ἐπειδὲ συνέδραμον εἰς τὴν Φιλαδέλφειαν, ἦ-

14 βαλόμενος vulgo.

22 Φιλαδελφίαν et ποχ Φιλαδελφία P.

genda esse. hinc igitur oppidorum incolae, qui tam paupertate quam magistratum improbitate affligerentur, infelicem maximeque miserabilem vitam agebant, deumque suppliciter orabant ut talibus tantisque calamitatibus libarentur. etenim adhuc facultatem habebant adeundi fana patriisque ritibus numina placandi.

et annonas eis suppeditans, nemini permittit ut de his aliquid more consueto detraheret. quin et ipse de iis quae fiscus ei praestabat, labores ceteris maiore sustineqtibus convenientia præmia largitur. talēm cum se gereret, et formidini barbaris finitimus erat, et nationibus iis præedio quas tueri iussus fuerat.

47. Ceterum Ravennae milites seditione mota portum eius occupant, et confuso clamore sublato, ut imperator ipsos adiret, postulant. at illo metu seditionis occultato, progressus in medium Iovius, qui et praetorii præfectus erat et patricii dignitate coherestatus, ignorare se causam seditionis simulans, quanquam huins auctor ipsem esse parhiberetur, socium nactus ad eam Ellebichum, qui comes equitum domesticorum erat, causam a militibus poscit, quamobrem ad hoc facinus prorupissent, cumque de militibus audiret omnino sibi Turpillionem et Vigilantium duces, una cum Terentio Augustalium cubicolorum præposito, et proximo secundum hunc Ar-sacio, dedendos esse, principe militum defectionem verito, duces isti exilio perpetuo multantur, et in navim coniecti ab iis necantur qui eos avehebant. hoc enim Iovius eis imperaverat: quippe metuebat ne forte reversi, cognitis iis insidiis quae adversus ipsos structas fuissent, principem ad sumendum de-

τὴν κατ' αὐτοῦ τὸν βασιλέα προκαλέσοντο τιμωρίαν), Τερέντιος δὲ εἰς τὴν ἔώαν ἐκπέμπεται, καὶ Ἀρσάκιος τὴν Μεδιολαγὸν οἰκεῖν ἐκληρώσατο.

48. Καταστήσας δὲ ὁ βασιλεὺς Εὐσέβιον μὲν ἀντὶ Τερέντιου φύλακα τοῦ κοιτῶνος, Οὐάλεντι δὲ τὴν ἀρχὴν ἦν εἶχε⁵ Τουροπιλλίων πυραδούς, καὶ μετὰ Βιγελάντιον Ἀλλόβιχον ἵππαρχον καταστήσας, τὴν μὲν τῶν στρατιωτῶν παύειν πως ἔδοξε στάσιν, Ἰόβιος δὲ ὁ τῆς αὐλῆς ὑπαρχος, πᾶσαν εἰς αὐτὸν τὴν παρὰ βασιλεῖ δύναμιν περιστήσας; ἔγνω πρέσβεις ἐκπέμψας πρὸς Ἀλάριχον, ἄχρι τῆς Ῥαβέννης αὐτὸν πυραγενέσθαι παρακαλοῦντας¹⁰ τας ᾧς δὴ τῆς εἰρήνης αὐτόδι γενησομένης. πεισθέντος δὲ τοῖς τοῦ βασιλέως καὶ τοῖς Ἰοβίου γράμμασιν Ἀλαρίχον, πυραγενομένου τε εἰς τὴν Ἀρίμινον Ῥαβέννης ἀφεστῶσαν μιλοῖς τριάκοντα, συνδραμὼν κατὰ ταύτην Ἰόβιος, ἀτε ἐν ταῖς Ἡπείροις πρόξετος καὶ φίλος Ἀλαρίχῳ γεγενημένος, τὸν περὶ τῶν συνθηκῶν ἐποίη¹⁵ σατο λόγους. ἀπῆτε δὲ Ἀλάριχος χρυσοῖς μὲν ἔτοντος ἐκάστου ὅλοσθι τι ἥγιδν καὶ σίτον τι χορηγεῖσθαι μέτρον, οὐκεῖν δὲ αὐτὸν ἡμα τοῖς σὺν αὐτῷ πᾶσι Βενετίας ἄμφω καὶ Νωρικοὺς καὶ Δαλματίαν. ταῦτα ἐντιλον Ἀλαρίχον γράμμας Ἰόβιος ἐκπέμπει τῷ βασιλεῖ, δοὺς καὶ ἔδια πρὸς αὐτὸν γράμματα παραινοῦντα²⁰ καταστῆσαι δυνάμεως ἔκατέρας στρατηγὸν Ἀλάριχον, ὥστε ταύ-

² τὴν μετὰ δολιανὸν LP. ⁶ Ἀλέβιχος P. Olympiodorus Ἀλέβιχος, Sozomenus Ἀλάριχος, cod. Theod. (l. 1 de calumniatorib.) Hellebicus, Chrysostomus Ἐλέβιχος. ἐπικαρχον Valesius ad Sozom. 9.7: vulgo ὑπαρχον. ⁸ Olympiodorus modo Ἰωβιανός, modo Ἰωβιογ. cod. Theod. (l. 7 de denuntiationib.) Iovius. R. 18 pro Βενετίας haud scio an rectius legerimus Παιονίας. S, erat tamen Venetia inferior et superior, ut vel e Notit. utriusque imp. constat. H.

se supplicium concitarent. Terentius in Orientem relegatur, Arsacius Mediolani se continere iubetur.

48. Hinc imperator in Terentii locum Eusebio cubiculi praeposito creato, Turpillionis potestate Valenti tradita, post Vigilantium Allobicho praefectura mandata, quodammodo seditionem militarem sedare visus est. Iovius autem praefectus praetorii, cum omnem apud imperatorem potentiam in se transtulisset, legatos ad Alarichum mittere decrevit, qui eum hortarentur ut ad ipsam usque Ravennam accederet, quod istic pacem facturi essent. Alaricho principis et Iovii literis assenso, et Ariminum prefecto, quae Ravenna triginta miliaribus abest, celeriter eo Iovius quoque se contulit; et quod in Epiris Alarichi hospes et amicus factus fuisset, de foedere pangenendo tractat. Alarichi haec postulata erant, ut in annos singulos auri certa summa solveretur, et annonae mensura quaedam suppeditaretur; ut item ipse cum suis omnibus utramque Venetiam et Noricos et Dalmatiā incoleret. haec Iovius Alaricho præsente perscripta mittit ad imperatorem, datis ad eundem seorsum quoque litteris, quibus eum cohortabatur, Alarichum utrius-

τῆς αὐτὸν τυχόντα τῆς Θεραπείας χαλάσαι τι τῆς βαρύτητος τῶν συνθηκῶν καὶ ἐπὶ φροητοῖς καὶ μετρίοις ποιήσασθαι τὰς σπουδάς. ταύτην δεξάμενος ὁ βασιλεὺς τὴν ἐπιστολὴν καταγινώσκει μὲν τῆς Ἰοβίου προπετείας, γράμμασι δὲ ἔχοντο πρὸς αὐτὸν δι’ ᾧ ἀδήλου 5 χρονίσιον μὲν καὶ σίτον μέτρον αὐτὸν ὄφίσαι προσήκειν οὖν τῆς αὐλῆς ὑπαρχον ὅντα καὶ τὴν τῶν δημοσίων φόρων ἐπιστάμενον δύναμιν, ἀξίαν δὲ ἡ στρατηγίαν μή ποτε Ἀλαρίχῳ δώσειν ἢ τισι τῶν τῷ γένει προσηκόντων. (49) ταύτην δεξάμενος ὁ Ἰόβιος τὴν ἐπιστολὴν οὐ καθ’ ἑαυτὸν ἀνελέξας ἀνέγνω ταύτην ἀλλὰ εἰς 10 ἐπήκοον Ἀλαρίχον. καὶ τὰ μὲν ἄλλα μετρίως ἤνεγκεν· ὡς δὲ ἀφρηθεῖσαν εἶδεν ἑαυτῷ τε καὶ τῷ γένει τὴν τῆς στρατηγίας ἀρχήν, ἀναστὰς εἰς δρόγην αὐτόθεν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ἐλαύνειν τοὺς σὺν αὐτῷ βαρβάρους ἐκέλευσεν ὡς αὐτίκα τὴν εἰς εἰς αὐτὸν καὶ τὸ γένος ἄπαν ἀμυνούμενος ὑβριν. Ἰόβιος δὲ ἀπορηθεὶς ἐπὶ τῷ πα- 15 ραλόγῳ τῶν τοῦ βασιλέως γραμμάτων εἰς τὴν Ῥάβενναν ἐπανήγει. βουλόμενος δὲ τῆς μέμψεως αὐτὸν ἀπολῦσαι κατέλαβεν δροῖς Ὁνώριον, ἡ μὴν εἰρήνην μή ποτ’ ἔσεσθαι πρὸς Ἀλάριχον, ἀλλ’ ἄχρι παντὸς πολεμήσειν. ὥμην δὲ καὶ αὐτὸς ὄρκον τῆς βασιλείας ἄγψαμενος κεφαλῆς, καὶ τοὺς ἄλλους οἱ τὰς ἀρχὰς εἰχον ταῦτὸν 20 ποιῆσαι παρασκευάσας.

50. Τούτων πραχθέντων ὁ βασιλεὺς ὡς δὴ πολεμήσων Ἀλαρίχῳ μυρίους εἰς συμμαχίαν Οὔννους ἐπεκαλεῖτο· τροφὴν δὲ τούτοις ἔτοιμον εἶναι πυριοῦσι βουλόμενος, σῖτον καὶ πρόβατα καὶ

20 ποῆσαι L.

que militiae magistrum constitueret, ut hoc modo delinitus de condicionum asperitate non nihil remitteret, ac tolerabilibus moderatisque legibus pacem ficeret. imperator, his acceptis literis, Iovii temeritatem damnat, et vi- cissim missis ad eum literis significat, auri quidem et annonae modum ut ipse statueret aequum esse, qui et praefectus esset praetorii et publicorum tributariorum copiam facultatemque perspectam haberet, at dignitatem aut ducis officium nunquam se vel Alaricho vel eius gentilibus concessurum. (49) hanc epistolam cum Iovius accepisset, non seorsum apertam sed audiente Alari- chao legit. is cetera quidem moderate tulit, verum ubi negatum sibi genti- que suae militiae magisterium vidiit, mox ira percitus Romanum contendere barbaros suos iussit, quasi confessum factam sibi totique genti suae iniuriam ulturus. Iovius autem ob inexpectatas hasce literas imperatoris ad inopiam consilii redactus, Ravennam rediit. cumque se omni culpa liberare vellet, Honorium sacramentis obstrinxit, quibus sancte polliceretur nunquam se pa- cem cum Alaricho facturum, sed bellum perpetuo gesturum. simul et ipse principis tacto capite iusurandum praestat, et a ceteris, quotquot erant cum potestate, consimile quiddam exigit.

50. His actis imperator, qui Alaricho bellum facturus esset, decem milia Hunnorum in societatem arcessit; et quod eis adventantibus annonas

βόας τοὺς ἀπὸ τῆς Δαλματίας εἰσφέρειν διέλενεν. ἔπειπτε δὲ τοὺς κυτασκοπήσοντας δύπως τὴν ἐπὶ τὴν Ῥώμην ὁδὸν Ἀλάριχος ποιεῖται, καὶ πανταχόθεν τὰς δυνάμεις συνήθροιζεν. Ἀλάριχος δὲ εἰς μετάμελον ἐλθὼν ἐπὶ τῇ κατὰ τῆς Ῥώμης δρμῇ, τοὺς κατὰ πόλιν ἐπισκόπους ἔξεπειπτε πρεσβευσομένους ἄμα καὶ παραιτοῦν- 5 τας τῷ βασιλεῖ μὴ περιιδεῖν τὴν ἀπὸ πλεισθνῶν ἡ χαλιῶν ἐνιαυτῶν τοῦ πολλοῦ τῆς γῆς βασιλεύουσαν μέρους ἐκδιδομένην βαρβάροις εἰς πόρθησιν, μηδὲ οἰκοδομημάτων μεγέθη τηλικαῦτα διαφθειρόμενα πολεμίῳ πυρί, θέσθαι δὲ τὴν εἰρήνην ἐπὶ μετρίαις σφόδρᾳ συνδήκαις. οὕτε γὰρ ἀρχῆς ἡ ἀξίας δεῖσθαι τὸν βάφθιαρον, οὕτε 10 τὰς πρότερον ἐπαρχίας ἔτι πρὸς οἰκησιν βούλεσθαι καὶ ἐπὶ τοῦ πιρόντος λαβεῖν, ἀλλὰ μόνους ἀμφὶ Ναφικούς, ἐν ταῖς ἐσχατιαῖς πον τοῦ Ἰστρον κειμένους, συνεχεῖς τε ὑφισταμένους ἐφόδους καὶ εὐτελῆ φόδον τῷ δημιούρῳ εἰσφέροντας, καὶ στον ἐπὶ τούτοις ἔτους ἐκάστον τεοοῦτον δοσον ἀρκεῖν δ βασιλεὺς οἰκητήν. 15 σιγγωρεῖν δὲ καὶ τὸ χρυσὸν, ἵνα τε φιλίαν καὶ δμαιχύλαν αὐτῷ καὶ Ῥωμαίοις κατὰ παντὸς αἴροντος ὄπλα καὶ πρὸς πόλεμον κατὰ τῆς βασιλείας ἐγειρομένουν. (51) ταῦτα ἐπιεικῶς καὶ σωφρόνως Ἀλαρίχον προτειχομένουν, καὶ πάντων ὁμοῦ τὴν τοῦ ἀνδρὸς μετριότητα θαυμαζόντων, Ἰόβιος καὶ οἱ τῷ βασιλεῖ παραδυνα- 20 στεύοντες ἀνήνυτα ἔφασκον τὰ αἰτούμενα εἶναι, πάντων δοσοι τὰς ἀρχὰς εἶχον δμαιμοκότων μὴ ποιεῖσθαι πρὸς Ἀλάριχον εἰρήνην.

10 ἡ om libri. cf. ἀξίαν δὲ ἡ στρατηγίαν p. 315 7.

paratas esse vellet, frumentum et pecora et boves e Dalmatia adduci iassit. misit et quosdam exploraturos quonam modo Romanam Alarichus iter suum institueret. copias quoque suas ex omnibus locis evocat. Alarichus autem, quod eum suspectas adversus Romanam expeditionis paenitiaset, episcopos urbium ablegat, qui simul et legatione funderentur, et auctores Honorio essent ne culpa sua sinerat eam urbem, quae iam a pluribus quam mile annis magnae parti orbis terrarum imperasset, barbaris vastandam dedi, nec tantas aedificiorum moles hostili flamma deleri, sed petiue moderatis admodum condicionibus pacem componeret. nec enim opus esse sibi dignitate potestatis, nec se iam postulatas prius provincias ad constitandas in eis sedes potere, sed ambos tantum Noricos, ad extremas Istri partes sitos, et qui continuis incursionibus vexentur tenueque fisco tributum inferant. praeter haec annonae tantum in annos singulos adiiceret, quantum ipse princeps sati esce putaret. quin et ab auri se postulato discedere, ac velle ut amicitia sit bellicae societas inter se ac Romanos adversus quavis qui arma sumeret et ad gerendum adversus rem publicam bellum se commoveret. (51) cum haec Alarichus leniter ac modeste proponeret, omnesque simul hominis moderationem admirarentur, Iovius et alii, penes quos secundum principem potestas omnia erat, haec postulata concedi propterea posse negabant, quod omnes magistratus iure iurando se obstrinxissent, cum Alariche se pacem

εἰ μὲν γὰρ πρὸς τὸν θεὸν τετυχήκει δεδομένος δρκος, ἢν ἀν ὡς εἰκὸς παριδεῖν ἐνδιδόντας τῇ τοῦ θεοῦ φιλανθρωπίᾳ τὴν ἐπὶ τῇ ἀσεβείᾳ συγγνώμην· ἐπεὶ δὲ κατὰ τῆς τοῦ βασιλέως διμαμβοεσιν κεφαλῆς, οὐκ εἶναι θεμιτὸν αὐτοῖς εἰς τὸν τοσοῦτον δρκον ἔξα-
5 μαρτεῖν. τοσοῦτον ἐφύλασσεν δὲ νοῦς τῶν τότε τὴν πολιτείαν οἰκο-
νομούντων, θεοῦ προνοίας ἐστερημένων.

Z.

Αλάριχος μὲν οὖν ἐπὶ ταῖς οὕτω μετρίαις αἰτήσει περινθρισθεὶς
ἐπὶ τὴν Ἀράμην ἤλαυνε πανστρατιᾶ, τῇ κατ' αὐτῆς πολιορκήῃ
προσκαρτερήσων. ἐν τούτῳ δὲ παρὰ Κωνσταντίνου τοῦ τυραννή-
10 σιντος ἐν Κελτοῖς ἀφίκετο πρὸς Ὀνάριον κατὰ πρεσβύτειαν Ἰόβιος,
παιδείᾳ καὶ ταῖς ἄλλαις ἀρεταῖς διαπρέπων, βεβαιωθῆναι τὴν
πρότερον διμολογηθεῖσαν εἰρήνην, καὶ ἅμα συγγνώμην ἔνεκα τῆς
ἀναιρέσεως Διδυμοῦ καὶ Βερηνιαοῦ τῶν συγγενῶν Ὀναρίου τοῦ
βασιλέως αἰτῶν· ἀπελογεῖτο γὰρ λέγων ὡς οὐδὲ κατὰ προαιρέσιν
15 ἀνήρισται Κωνσταντίνου. συντεταραγμένον δὲ τὸν Ὀνάριον θεα-
σάμενος, εὐλογον ἔφασκεν εἶναι ταῖς περὶ τὴν Ἰταλίαν ἐνασχολού-
μένῳ φροντίσιν ἐνδοῦναι· συγχωρούμενος δὲ πρὸς Κωνσταντίνον

5 ἐφύλασσεν Τυρίας Emed. in Suidam P. 3 p. 165 quo nescio
an non prius ἐτύλισεν. 9 καὶ LP. 14 ἀς om LP.
17 Κωνσταντίον LP..

nullam facturos. quippe si deo praestitum fuisset iusurandum, fortasse ne-
gligi posse, permittingo benignitati divinae facinoris impii condonationem:
sed quando per caput imperatoris iurassent, non iam ei fas esse contra tam
grave iusurandum delinquerre. usque adeo perversa mens illorum erat, qui
dei cura destituti rem publicam id temporis administrabant.

VI.

Αλαρίχος ergo cum tam aqua postulata proposuisset, indignum in modum
Indibrio habitus universis cum copiis Romanum ducit, constanter in urbis ob-
sidiōne perstiturus. eo tempore venit ad Honorium legatus a Constantino,
qui apud Celtas tyrannidem invaserat, Iovius, vir eruditio doctrinae ce-
terisque virtutibus excellens, qui constitutam prius pacem, ratam haberet,
prætereaque veniam ob interfectos imperatoris Honorii propinquos, Didy-
mum et Verenianum, posceret: sic enim hoc factum purgabat ut eos Con-
stantini voluntate necatos infinitaretur. postquam Honorium gravius commo-
tum vidit, recte facturum ait, si curis Italicas occupatus aliquid concederet.
quodsi potestus sibi fieret ad Constantium abeundi et casus Italico nun-

ἐκδημῆσαι καὶ τὰ συνέχοντα τὴν Ἰταλίαν ὁγγεῖλαι, μετ' οὐ πολὺ καὶ αὐτὸν ἥξειν ἄμα παντὶ τῷ ἐν Κελτοῖς καὶ ἐν Ἰβηρίᾳ καὶ ἐν τῇ Βρεττανικῇ νήσῳ στρατεύματι ταῖς κατὰ τὴν Ἰταλίαν καὶ Ρώμην βοηθήσοντα περιστάσεσι. καὶ ὁ μὲν Ἰόβιος ἐπὶ τούτοις ἀναχωρεῖν ἐπετράπη· τὰ δὲ ἐν Κελτοῖς οὕπω τῆς προσηκούσης ἀφηγήσεως 5 ἀξιωθέντα δίκαιον ἄγωθεν, ὡς ἔκαστα ἐπράχθη, διεξελθεῖν.

a. 407 2. Ἐτι βασιλεύοντος Ἀρκαδίου, καὶ ὑπάτων ὅντων Ὄνωρον τὸ ἔβδομον καὶ Θεοδοσίου τὸ δεύτερον, οἱ ἐν τῇ Βρεττανίᾳ στρατευόμενοι στασιάσαντες ἀνάγοντι Μάρκον ἐπὶ τὸν βασιλείου θρόνον, καὶ ὡς κρατοῦντι τῶν αὐτόθι πραγμάτων ἐπείθοντο. 10 ἀνελόντες δὲ τοῦτον ὡς οὐδὲ ὅμολογοῦντα τοῖς αὐτῶν ἡθεσιν, ἀγονσι Γρατιανὸν εἰς μέσον, καὶ ἀλουργίδα καὶ στέφανον ἐπεθέντες ἐδορυφόρουν ὡς βασιλέα. δυσαρεστήσαντες δὲ καὶ τούτῳ τέσσαριν ὑπερον μησὶ παραλύσαντες ἀναιροῦσι, Κωνσταντίνῳ παραδόντες τὴν βασιλείαν. ὁ δὲ Ἰουστινιανὸν καὶ Νεβιογάστην 15 ἀρχεῖν τῶν ἐν Κελτοῖς τάξας στρατιωτῶν ἐπεραιώθη, τὴν Βρεττανίαν καταλιπών· ἐλθὼν δὲ εἰς Βονωνίαν (πρώτη δὲ αὖτη πρὸς τῇ Θαλάσσῃ κεῖται, Γερμανίας οὖσα πόλις τῆς κάτω) καὶ ἐν ταύτῃ διατρίψας ἡμέρας τινάς, πάντα τε οἰκειωσάμενος τὰ στρατεύματα μέχρι τῶν Ἀλπεων ὅντα τῶν ὀριζοντῶν Γαλατίαν καὶ 20 Ἰταλίαν, ἀσφαλῶς ἔχεσθαι τῆς βασιλείας ἐδόκει. κατὰ δὲ τούτους τοὺς χρόνους Σάρον τὸν στρατηγὸν ἐκπέμπει μετὰ στρατεύματος κατὰ Κωνσταντίνου Στελίχῳ. ὁ δὲ Ἰουστινιανῷ τῷ στρα-

3 στρατιώτης LP. 15 Olympiodoro Ἰουστίνος. Νεβιογάστης LP, Νεοβιγάστης Olympiodorus. cf. Λεβιογάστην. 18 fortasse Γαλατίας. R. ἀντ LP, errore manifesto. S.

tiandi, non multo post redditurum cum omnibus Celticis et Hispanicis et Britannicis copiis, ac rebus Italicis et urbanis opem laturum. his condicionibus abeundi copiam nactus est Iovius, ceterum Celticæ res, necdum uti par erat expositas, aequum fuerit inde usque a superioribus annis, quo pacto sigillatim gestas fuerint, commemorari.

2. Quo tempore Arcadius adhuc imperabat, Honorio 7 et Theodosio iterum cosec. milites Britannici seditione concitate Marcum in regio solio collocant, eique tanquam rerum in iis locis potenti se subiiciunt. eo deinde necato veluti moribus eorum non respondentib., Gratianum in medium producent, et purpura coronaque ornatum ceu principem solito satellitio comitantur. verum et huic improbato post menses quattuor imperium abrogant et vitam eripiunt, Constantino rerum summa tradita. is ubi Iustinianum et Nevigasten Celticis miliibus praefecisset, Britannia relicta transmisit; cumque Bononiam venisset (ea prima mari adiacet, inferioris Germaniae civitas) et in ea dies aliquot suisset commoratus, omnesque sibi exercitus ad Alpes usque Galliam et Italiam distinantes conciliaisset, imperium tuto iam posidere videbatur. eodem tempore Sarum Stelicho ducem cum exercitu contra Constantimum ablegat. is Iustiniano duci cum copiis suis obviam profe-

τηγῷ μετὰ τῆς δυνάμεως τῆς σὺν αὐτῷ ἀπαντήσας αὐτὸν τε ἀναιρεῖ καὶ τῶν στρατιωτῶν τὴν πλεονα μοῖραν· καὶ λειας πολλῆς γενόμενος κύριος, ἐπειδὴ Κωνσταντίνον αὐτὸν ἔγνω πόλιν καταλαβόντα Βαλεντίνην, ὅφοῦσαν αὐτῷ πρὸς ἀσφάλειαν, εἰς πολιορκίαν κατέστησε. Νεβιογάστον δὲ τοῦ λειπομένου στρατηγοῦ λόγον τῷ Σάρῳ περὶ φίλιας προσάγοντος ἐδέχετο μὲν ὡς φίλον τὸν a. 408 ἄνδρα, δοὺς δὲ καὶ λαβὼν δρόκους ἀναρρεῖ παραχρῆμα, μηδέτι τῶν δρκῶν ποιησάμενος λόγον. Κωνσταντίνον δὲ στρατηγὸν κατιστήσαντος Ἐδόβιχον Φράγκον ὅντα τὸ γένος, Γερόντιον δὲ ἀπὸ 10 τῆς Βρεττανίας ὁρμάμενον, δείσας δὲ Σάρος τὴν τῶν στρατηγῶν τούτων περὶ τὰ πολέμια πεῖραν δόμοντος καὶ ἀνδρίαν ἀνεχώρησε τῆς Βιλεντίνης, ἐπτὰ πολιορκήσας ταύτην ἡμέρας. καταδραμόντων δὲ αὐτὸν τῶν Κωνσταντίνου στρατηγῶν μετὰ μεγίστης δυναστείας, σὺν πολλῷ διεσώθη πόνῳ, τὴν λειαν ἀπασαν δωρησάμενος τοῖς 15 περὶ τὰς Ἀλπεις ἀπαντήσασιν αὐτῷ Βακανίδαις, ὅπως εὑρυχωρίας παρ' αὐτῶν τύχῃ τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν παρόδου. Σάρον τοίνυν οὖτας εἰς τὴν Ἰταλίαν διασωθέντος, συναγαγὼν δὲ Κωνσταντίνος τὴν δύναμιν ἀποσαν ἔγνω φρίλακάς ὑφοκόσας ἐγκαταστῆσαι τὰς Ἀλπεις. ήσαν δὲ αὗται τρεῖς, αἱ τὰς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀπὸ Κελ-20 τῶν κάκειθεν ἐπέκεινα [τὰς] ὁδοὺς ἀποκλείουσαι, Κοττίαι Ποινί-ναι Μαριτίμαι. ταῦτα δὲ δι' αἰτίαν τοιάνδε τῆς εἰρημένης μοι προτούλις ἤξιασεν. (3) ἐν τοῖς προλαβυσσοῖς χρόνοις, ἔκτον ἥδη a. 406 τὴν ὑπατον ἔχοντος ἀρχὴν Λρκαδίον καὶ Πρόβον, Βαρδᾶλοι Συνή-

9 Ἐδόβιχος Sozomeno. pro δὲ rectius legetur τε. S. 16 ἐπὶ]
περὶ libri. 20 Κοττία, Ποινίνα P. 23 Σύμβοις Lp: corr S.

etiam eum cum maiore exercitus parte interfecit; et ingenti praeda potitus, quod intellexisset Constantimum se recepisse Valentiam, urbem ad defensionem eius satis idoneam, hanc ipsam obsidere instituit. alter dux copiarum Nevigastes, cum Saro de pace colloquens, amico quidem ab eo fuit exceptus, sed ultro citroque praestitis sacramentis confessim occisus, religione iurisiurandi ab Saro violata. cum autem Constantinus Edobinchum, natione Francum, et oriundum e Britannia Gerontium duces hic sufficeret, Sarus horum ducum in re militari experientiam et fortitudinem veritus a Valentia discessit, quam septem diebus obsederat. cumque Constantini duces in eum maximis viribus prouinssent, multo labore salvus evasit, universa praeda Bacaudis, quae ad Alpes illi occurserant, concessa, ut ab eis adeundae Itiae facultatem impetraret. cum Sarus hoc modo in Italiam pervenisset incolumis, Constantinus universis collectis copiis Alpes idoneo praesidio munire decrevit. eae tres omnino sunt, quae in Italiam a Celtis atque inde ulterius ducentia claudunt itinera, videlicet Cottiae Poeninae Maritimae. haec uti faceret ea cura quam diximus, causa quaedam erat huiusmodi. (8) superioribus annis, Arcadio 6 et Probo coss., Vandali Suevis et Alanis

βοις καὶ Ἀλανοῖς ἑαυτοὺς ἀναμίξαντες τούτους ὑπερβάντες τοὺς τόπους τοῖς ὑπὲρ Ἀλπεis ἔθνεσιν ἐλυμήναντο, καὶ πολὺν ἐργασά-
μενοι φόνοι ἐπίφοβοι καὶ τοῖς ἐν Βρεττανίαις στρατοπέδοις ἐγέ-

a. 407 νοτο, συνηγάγκασαν δέ, δέει τοῦ μὴ κἀπὶ σφᾶς προελθεῖν, εἰς τὴν τῶν τυφάνων δρμῆσαι χειροτονίαν, Μάρκου λέγω καὶ Γρα-
τιανοῦ καὶ ἐπὶ τούτοις Κωνσταντίνου· πρὸς δὲ μάχης καρτερᾶς γενομένης ἐνίκων μὲν οἱ Ῥωμαῖοι, τὸ πολὺ τῶν βαρβάρων κατα-
σφάξαντες μέρος, τοῖς δὲ φεύγοντιν οὐκ ἐπεξελθόντες (ἢ γὰρ ἀν-
έπαντας πανιώλεθρίᾳ διέρθειραν) ἐνέδωκαν αὐτοῖς ἀνακτησαμέ-
νοις τὴν ἡπταν καὶ βαρβάρων πλῆθος συναγαγοῦσσιν αὐθὶς ἀξιο- 10
μάχους γενέσθαι. διὰ ταῦτα τοίνυν τούτοις τοῖς τόποις φόλακας ἐγκατέστησε Κωνσταντίνος, ὃς ἀν μὴ τὴν εἰς Γαλατίαν ἀνεψι-
τηρ ἔχοιεν πάροδον. ἐγκατέστησε δὲ καὶ τῷ Ῥήμῳ πᾶσαν ἀσφά-
λειαν, ἐκ τῶν Τσολιανῶν βασιλέως χρόνων ḥαθυμηθεῖσαν.

a. 408 4. Οὗτο τὰ κατὰ τὴν Γαλατίαν πᾶσαν οἰκονομήσας, 15
Κωνσταντί τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παιδῶν τὸ τοῦ Καλσαρὸς σχῆμα περιθεὶς ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν ἐκπέμπει, καὶ τῶν αὐτόθι πάντων ἔθνῶν ἐγκρατῆς γενέσθαι βουλόμενος, ὅστε καὶ τὴν ἀρχὴν αὐτῆσσαι καὶ ἄμα τὴν τῶν Ὄντωρον συγγενῶν αὐτόθι δυναστείαν ἐκκόψαι· δέος γάρ αὐτὸν εἰσήγει μή ποτε δύναμιν συναγαγόντες τῶν αὐτόθι στρα- 20
τιωτῶν αὐτοῖς μὲν αὐτῷ διαβάντες τὴν Πυρήνην ἐπέλθουσεν, ἀπὸ δὲ τῆς Τιτανίας ὁ βασιλεὺς Ὄντωρος ἐπιπέμψας αὐτῷ τὸ στρατό-

2 ὑπὲρ τὰς Ἀλπεis R.

4 οὐδὲν] libri καὶ.

3 malim Βρεττανίᾳ. cf. c. 5 Ἰβηρίᾳ.

21 Τυρρηνῷ P.

permisi superatis hisce locis nationes transalpinas vastarunt, editaque ingenti caede Britanniarum etiam exercitibus formidabiles extiterunt. quos quidem eo perpulerunt, ut veriti ne progrederentur ulterius, ad tyrannos eligendos se converterent, Marcum inquam et Gratianum et secundum hos Constantimum. adversus quem acri commissio proelio victoris quidem Romanii potiti sunt, maiore barbarorum parte iugulata; sed quod fugientes inseuti non essent (omnes enim ad internectionem usque cecidissent), facultatem eis concesserunt ut resarcita clade quam acceperant, et collecta barbarorum multitudine, rursus hosti parca evaderent. propter has ergo causas praesidiarios in hisce locis Constantinus collocavit, ne istū liberum in Galliam aditum haberent. Rhenum quoque praesidio munivit idoneo, quod a Juliani principiis temporibus neglectum fuerat.

4. Hoc modo rebus in universa Gallia constitutis, Constantem, filium natu maximum, habitu Caesaris ornatum in Hispaniam ablegat. nam et istic universas in potestatem redigere nationes copiebat, tum ut imperii limites prolataret, tum etiam ut Honorii propinquorum potentiam in his locis exscinderet. metuebat enim ne quando coacti militum in ea regione copiis ipsi monte Pyrene superato se adorirentur, et imperator Honorius, ex Italia mis-

πεδα τῆς τυφανύδος, κύκλῳ πανταχόθεν περιλαβών, παραλύσειν, ἐπὶ τούτοις δὲ Κώνστας εἰς τὴν Ἰβηρίαν διέβη, στρατηγὸν μὲν Τερέντιον ἔχων, Ἀπολλινάριον δὲ τῆς αὐλῆς ὑπαρχον. τῶν δὲ ἐν τῇ αὐλῇ τύξεων ἄρχοντάς τε πολιτικοὺς ἄμα καὶ στρατιωτικοὺς καταστήσας, ἄγει διὰ τούτων ἐπ' ἐκείνους οἱ γένει τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ προσήκοντες τὰ τῆς Ἰβηρίας συνεταράπτοντο πράγματα, πρότερον μὲν πρὸς αὐτὸν Κώνσταντινον διὰ τῶν ἐν τῇ Λυσίτανᾳ στρατοπέδων ἀράμενοι πόλεμον, ἐπεὶ δὲ πλεονεκτεῖσθαι συνέσθοντο, πλῆθος οἰκετῶν καὶ γεωργῶν ἐπιστρεψάστες καὶ 10 παρὰ βραχὺ καταστήσαντες αὐτὸν εἰς μέγιστον κίνδυνον. ἀλλὰ κάνταῦθα τῆς ἐλπίδος διαμαρτόντες Κώνσταντινον ταῖς φράνγαις ἡσαν ἐν φυλακῇ· ὅπερ ἀκηκοότες οἱ τούτων ἀδελφοὶ Θεοδόσιοις τε καὶ Λαγώδιος, δὲ μὲν εἰς τὴν Ἰταλίαν διέφυγεν, δὲ δὲ εἰς τὴν ἑψάν διασωθεὶς ἀνεχώρησε.

15 5. Ταῦτα κατὰ τὴν Ἰβηρίαν δὲ Κώνστας διαπραξάμενος ἐπαγῆλθε πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ Κωνσταντῖνον, ἐπιγύμνεος Βεργηνιανὸν καὶ Διδύμιον, κατυλιπὼν τε αὐτόθι τὸν στρατηγὸν Γερόντιον, ἄμα τοῖς ἀπὸ Γυλατίας στρατιώταις, φύλακι τῆς ἀπὸ Κελτῶν ἐπὶ τὴν Ἰβηρίαν πυρθόνον, καίτοι γε τῶν ἐν Ἰβηρίᾳ 20 στρατοπέδων ἐμπιστευθῆναι κατὰ τὸ σύνηθες τὴν φυλακὴν αἰτησάντων, καὶ μὴ ἔσνοις ἐπιτραπῆναι τὴν χώρας ἀσφάλειαν. Βεργηνιανὸς μὲν οὖν καὶ Διδύμιος ὡς Κωνσταντῖνον ἀχθέτες ἀνηρέθησαν παραχρῆμα, Κώνστας δὲ αὐθίς ὑπὸ τοῦ πατρὸς εἰς

3 an Γερόντιον? cf. c. 5. 5 ἐπ' om LP. 6 fersan dīwīse
legendum συνετάραπτον τότε. S. 12 Sozomeno Θεοδοσιωλογ.
17 δὲ P. 19 Ἰβηρίας P.

sis exercitibus undique circumdato sibi tyrannidem abrogaret. itaque Constans in Hispaniam transiit, cum ducem Terentium et Apollinarem praefectum praetorii haberet, ac palatinis etiam ordinibus magistratus tam civiles quam militares dedisset. atque his ductoribus copias in eos movet, qui generis affinitate Theodosium principem contingentes Hispanas res conturbabant. illi, primo per Lusitanicos exercitus suscepto adversus Constantem bello, cum ab illo se vinci viderent, cum servorum et agricolarum multitudine hostem aggressi parum absuit quin eum in gravissimum discrimen adducerent. sed hic quoque spe sua frustrati a Constante cum uxoribus in custodiam dati sunt. qua re fratribus eorum Theodosio Lagodioque nuntiata, in Italiam profugit alter, alter in Orientem salvus evasit.

5. His rebus Constans in Hispania gestis ad patrem Constantinum reversus est, adducto secum Vereniano et Didymio, relictoque isti duce Geroncio, qui cum Gallicis militibus iter illud quod e Celtis in Hispaniam ducit custodiret, quangum exercitus Hispanici hanc custodiā sibi pro more eredi, nec regionis tutelam extraneis committi, petiissent, ceterum Verenianus et Didymius ad Constantinum perducti mox interficti sunt, inde rur-

τὴν Ἰθηρίαν ἐκπέμπεται, Τοῦστον ἐπαγόμενος στρατηγόν. ἐφ' ὧ Γερόντιος ἀχθόμενος, καὶ τὸν αὐτόδι περιποιησύμενος στρατιώτας, ἐπινίστησι Κωνσταντίνῳ τοὺς ἐν Κελτοῖς βαρβάρους. πρὸς οὓς οὐκ ἀντισχὼν ὁ Κωνσταντῖνος ἀτε δὴ τοῦ πλείονος τῆς δυνάμεως μέρους ὅντος ἐν Ἰθηρίᾳ, πάντα κατ' ἔξονσαν ἐπιόντες οἱ 5 ὑπὲρ τὸν Ρήγον βάρβαροι κατέστησαν εἰς ἀνάγκην τούς τε τὴν Βρεττανικὴν ῥῆσον οἰκοῦντας καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἑθνῶν ἔντα τῆς Ρωμαίων ἀρχῆς ἀποστῆναι καὶ καθ' ἑαυτὸν βιοτεύειν, οὐκέτι τοῖς τούτων ὑπακούοντα νόμοις. οἵ τε οὖν ἐκ τῆς Βρεττανίας ὅπλια ἐνδύντες καὶ σφῶν αὐτῶν προκινθυνεύσαντες ἡλευθέρωσαν 10 τῶν ἐπικειμένων βαρβάρων τὰς πόλεις, καὶ ὁ Ἀρμόριχος ἄπας καὶ ἕτεραι Γαλατῶν ἐπαρχγαι, Βρεττανοὶ μιμησύμεναι, κατὰ τὸν ἴσον σφᾶς ἡλευθέρωσαν τρόπον, ἐκβάλλονται μὲν τοὺς Ρωμαίους ἄρχοντας, ωλκεῖον δὲ κατ' ἔξονσαν πολίτευμα καθιστᾶσαι.

6. Καὶ ἡ μὲν Βρεττανίας καὶ τῶν ἐν Κελτοῖς ἑθνῶν ἀπό- 15 στασις, καθ' ὃν ἐνρύννει χρόνον ὁ Κωνσταντῖνος, ἐγένετο, τῶν βαρβάρων ἐπαναβάντων τῇ ἐκείνου περὶ τὴν ἀρχὴν ἐκμελεῖα· κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν Ἀλαρίχος οὐ τυχῶν ἐφ' οἷς ἦτει τῆς εἰρήνης, ■ 409 οὐδὲ ὄμηρους λαβών, αὐθίς ἐπήσει τῇ Ρώμῃ, κατὰ κράτος αἰρεῖν αὐτὴν ἀπειλῶν, εἰ μὴ συμφρονήσαντες αὐτῷ κατὰ τοῦ βασιλέως 20 Ὄντωφίου χωρίσαιεν. καὶ ἐπειδὴ πρὸς τὴν αὔτησιν ὕκνον, τὴν μὲν πόλιν ἐπολιόρκει, τὸν δὲ λιμένα καταλαβὼν καὶ ἡμέρας τινὰς ἐγκαρφερήσεις τῇ τούτου πολιορκεῖ τελευτῶν κύριος τούτου κατ-

8 convenientius καθ' ἑαυτὰ νει καθ' ἑαυτούς. 8.

9 ὑπα-
κούοντα S: libri ἐπακούοντα. 12 μηησάμενος P. 14 καθ-
σασθαι LP.

stus in Hispaniam Constans a patremittitur, ac Iustam ducem secum adducit. quare offensus Gerontius, conciliatis sibi eorum locorum militibus, barbaros in regione Celtarum adversus Constantimum ad defectionem impellit. quibus cum Constantinus non restisset, quod maior copiarum ipsius pars esset in Hispania, cuncta pro lubitu invadente transrhennani barbari eo tum incolas insulae Britanniae tum quasdam Celticas nationes redegerunt, ut ab imperio Romano desicerent et Romanorum legibus non amplius obedientes arbitratu suo viverent. itaque Britanni, sumptis armis et quovis adito pro salute sua discrimine, civitates suas a barbaris imminentibus liberarunt. itidem totus ille tractus Armorichus ceteraque Gallorum provinciae, Britannos imitatae, consimili se modo liberarunt, electis magistratibus Romanis et sua quadam re publica pro arbitrio constituta.

6. Haec Britanniae Celticarumque gentium defectio, quo tempore Constantinus iste regnum usurpabat, accidit, cum ipsius in imperio secordia moti barbari hanc grassationes instituissent. in Italia vero Alarichus, pace condicionibus iis quas proposuerat non impetrata, nec obsidibus acceptis, Romanum rursus invadit, minatus eam se per vim expugnaturum, nisi cives Romani coniunctum secum animis adversus Honorium Augustum expeditionem suscepissent. illis ad hoc postulatum cunctantibus urbem obdidet, et ad portum profectus, aliquot diebus in eius expugnatione consumptis, tandem eo

στην πᾶσαν δὲ αὐτόθι τὴν τῆς πόλεως τροφὴν ἀποκειμένην εὑρῶν δαπανήσειν αὐτὴν ἡπεῖται περὶ τὰ οἰκεῖα στρατόπεδον, εἰ μὴ θάττον οἱ Ῥωμαῖοι τὰ προτεινόμενα πρᾶξαιεν. συνελθοῦσα τὸν ἡ γερουσίαν πᾶσα καὶ περὶ τοῦ πρακτέον βουλευσαμένη πᾶσιν διεδωκεν οἷς Ἀλαρίχος ἐκέλευσεν· οὐδὲ γὰρ ἦν ἀποφυγὴ θανάτουν μηδεμιᾶς τροφῆς διὰ τοῦ λιμένος τῇ πόλει χορηγούμενης. (7) κατὰ ταῦτα δεξάμενοι τὴν Ἀλαρίχου πρεσβειαν ἐκάλουν αὐτὸν πρὸ τῆς πόλεως· καὶ κατὰ τὸ κελευόμενον Ἀτταλον, διταῦπαρχον τῆς πόλεως, εἰς τὸν βασιλείου ἀναβιβάζονται θρόνον, 10 ἀλονρῷδα καὶ στέφανον περιδέντες. ὃ δὲ παραχρῆμα Αιμπάδιον μὲν τῆς αὐλῆς ἀναδέκνυσιν ὑπαρχον, Μαρκιανὸν δὲ τῆς πόλεως ἔτοξεν ἄρχεται· τὰς δὲ τῶν δυνάμεων στρατηγίας αὐτῷ τε Ἀλαρίχῳ καὶ Οὐδάλεντι παραδέδωκεν (οὗτος δὲ ἦν ὁ πρότερον τῶν κατὰ Δαλματίαν ταγμάτων ἥγονος), καὶ τοῖς ἄλλοις ἔξης τὰς 15 ἀρχὰς ἐνεχειρίσεν. ἀναζεύξας δὲ μετὰ τῆς βασιλικῆς διδρυφορίας ἔχώρει πρὸς τὰ βασιλεῖα, πολλῶν αὐτῷ γενομένων οὐκ ἐπιτηδεῖων συμβύλων. τῇ δὲ ἔξης παρελθὼν εἰς τὴν γερουσίαν λόγον διατίθεταις γέμοντα διεξήγει, τὴν τε γῆν ἀπισαν Ῥωμαῖοις περιποίησεν μεγαλαυχθύμενος καὶ ἄλλα τούτων ὑπέρτερα, ἐφ' οὓς ἵστως μεσήσειν αὐτῷ τὸ θεῖον ἔμελλε καὶ μετ' οὐ πολὺ καθαιρήσειν.

Οἱ μὲν οὖν κατὰ τὴν Ῥώμην ἤσαν ἐν εὐφροσύνῃ πολλῆς, τῶν τε ἄλλων ἀρχόντων οἰκονομῆσαι καλῶς ἐπισταμένων τετυχηκύτες καὶ ἐπὶ τῇ τοῦ Τερτύλιου ὑπάτῳ τιμῇ σφόδρᾳ εὐφρατινόμενοι. μέτον δὲ τὸν τῶν λεγομένων Ἀνικίων οἰκεν ἐλύπει τὰ κοινῆ

13 οὗτος] vid. lib. 5 c. 48 'et Olympiodor. ap. Phot. p. 181. R.
18 τε S: libri ye. 23 υπάτῳ S: libri υπατον.

potitus est. ubi cum omnem urbis annonam reconditam invenisset, eam se minatus est in exercitum suum expensurum, ni celeriter iis Romani quae proponebat satisficerent. itaque senatus universus convenit, et instituta deliberatione quid potissimum agendum esset, tandem omnibus assensus est quae Alaricibus imperaverat. nec enim mortis ullum erat effugium, posteaquam urbi nulla e portu annona suppeditabatur. (7) secundum haec exceptis Alarichi legatis ad urbem eum arcessunt, ac veluti iussi fuerant, Attalum, praefectum urbis, sublimem in augusto solio, purpura coronaque cinctum collocant. is extemplo Lampodium praefectum praetorii declarat, et Marciatum praefectum urbis conatuit. militares praefecturas tum ipsi Alaricho tum Valenti tradit. et Valens is erat qui Dalmaticis antea legionibus praefuerat. itidem aliis alias ordine potestates tribuit. hinc regio cum satellitio pergit ad palatium, cum omnia multa parum fausta se offerrent. postridie senatum ingressus orationem singularis arrogantiae plenam habuit, qua se Romanis universum orbem terrarum acquisitum, et his etiam alia maiora magnifice iactat; propter quae numen ei forte succensum erat, hominemque non multo post eversurum.

Romani magna exultare laetitia, qui et alios magistratus rei publicae recte gerendae peritos nacti fuissent, et insignem ex Tertulli consulis honore voluptatem caperent. solam illorum familiam qui Anicii dicuntur, quae

δοκοῦντα πᾶσι λυσιτελεῖν, ἐπειδὴ μένοι τὸν πάντων ὡς εἰπεῖν
ἔχοντες πλοῦτον ἐπὶ ταῖς κοιναῖς ἑδουσχέραινον εὐπραγίαις.

Ἄλαρίχον δὲ συμβουλεύσαντος δρθῶς Ἀττάλῳ πέμψαν με-
τριαν δύναμιν ἐπὶ Λιβύην καὶ Κυρρηδόνα, διὰ ταύτης τε παρα-
λῦσας τῆς ἀρχῆς Ἡρακλειανώ, ὡς ἂν μή καὶ ἐξ αὐτοῦ τὰ Ὁρω-5
φίου φρονοῦντος κάλυμμα τι τοῖς ἔγχειρον μένοις συμβαλή, ταῖς
τοιαύταις παρανέσεσιν Ἀτταλος οὐκ ἐτίθετο, ταῖς δὲ ἐπὶ τοῖς
μάντεσιν ἐλπίσιν ἔαντὸν ἐκδιδούς, καὶ ἀμιχητὴ περιποιήσεσθαι
Καρχηδόνα καὶ τὰ περὶ Λιβύην ἅπαντα πεπεισμένος, Δρούμαν
μὲν οὐκ ἐκπέμπει μεθ' ἣς εἶχε βιοβάρων δυνάμεως ὁῦστα δυνη-10
σόμενον Ἡρακλειανὸν τῆς ἀρχῆς ἐκβαλεῖν, ἐν δευτέρῳ δὲ τῇ
Ἀλαρίχον βουλὴν ποιησάμενος Κάνσταντι παραδίδωσι τῶν ἐν τῇ
Λιβύῃ στρατιωτῶν τὴν ἡγεμονίαν, οὐδεμιαν αὐτῷ δύναμιν ἀξιό-

a. 410 μαχον συνεκπέμψας. ἀλλὰ τῶν ἐν τῇ Λιβύῃ ἐν ἀδήλῳ κειμένων,
ἐπιστρατεύει τῷ βασιλεῖ κατὰ τὴν Ράβενναν ὄντι. (8) τοῦ δὲ 15
συνταραχθέντος τῷ δέει καὶ πρέσβεις ἐκπέμψαντος καὶ κοινὴν ἀμ-
φοτέροις γενέσθαι τὴν βασιλείων αἰτοῦντος, Τίθιος δὲ τῆς αὐλῆς
ὑπαρχος παρὰ Ἀττάλου καθεσταμένος οὐδὲ ὄνομα καταλείψειν
ἔφη Ὁρωφίῳ βασιλείως Ἀτταλον, ἀλλ' οὐδὲ ὀλόκληρον ἔξειν τὸ
σῶμα, νῆσόν τε αὐτῷ δώσειν καὶ οἴκησιν, πρὸς τῷ καὶ μέρος 20
αὐτῷ τι τοῦ σώματος καταστήσειν πεπηρωμένον. ἐκπλαγέντων
δὲ πάντων ἐπὶ τῇ τῶν λόγων ἀλαζονείᾳ, καὶ τοῦ βασιλέως Ὁρω-

8 περιποιήσασθαι LP. 12 Κάνσταντι R: vulgo Κανσταντίνος.
cf. Sozom. 9 8, et Zosimus infra c. 9. 18 καθιστάμενος libri:
corr S. 19 ἔφη om PL. ἀλλ' — σῶμα] haec male abundant
collata ad illa quae inferuntur, πρὸς τῷ — πεπηρωμένον. concin-
nus certe ita scripsisset: οὔτε ὄνομα — "Ατταλον, νῆσόν τε κτλ.
20 fortasse legendum δώσειν εἰς οἴκησιν. S. πρὸς τὸ LP.

publice videbantur universis conducere, mordebat, quod fere inter omnes
hi soli magnas opera possidentes felicitatem publicam permoleste ferrent.

Cum autem Alarichus Attalo recte consuleret, ut idoneas copias in
Africam et Carthaginem mitteret, earumque opera Heraciano abrogaret
imperium, ne per illum quoque, partes Honorii sectantem, aliquod impedimentum
rebus institutis obiliceretur, nihil admontiqne eiusmodi fecit Attalus;
adeoque spes eas amplexus quas vates ei facerent, ac sine certamine se
Carthagine totaque potiturum Africa persuasus, non Drunam mittit, qui
cum barbarorum copiis quas ducebat facillime potuissest Heracianum pote-
state delucere, sed Alarichi consilio posthabito cuidam Constanti in Africabos
milites imperium tradit, nec firmas tamen cum eo copias mittit. interea vero,
cum adhuc in dubio res Africane essent, expeditionem adversus imperato-
rem, qui Ravennae se continebat, suscipit. (8) is metu porterritus cum
missis legatis imperii societatem offerret, Iovius, ab Attalo praefectus prae-
torii constitutus, ne nomen quidem imperatoris Honorio relictum sit Attalum,
nec integrum corpus, sed in insulam relegaturum, et praeterea partem
aliquam corporis mutilaturum. universis hac orationis arrogantia territis, et

ρίου πρὸς φυγὴν ὅντος ἐτοίμου καὶ ἐπὶ τούτῳ πλῆθος πλοίων οὐ μέτριον εἰς τὸν τῆς Ῥαβένης λιμένα συνυγαγύντος, ἐξ τάγματα στρατιωτῶν προσωφείσθησαν, πάλι μὲν ἔτι περιβότος Στελίχωτος προσδοκώμενα, τότε δὲ πρὸς συμμαχίαν ἐκ τῆς ἑώρας παραγενόμενα, μυριάδες ἀφιθμὸν ὄντα τέσσαρες. ἀνενεγκὼν δὲ ὡσπερ ἐκ κάρου βαθέας Ὄνώριος τοῖς μὲν ἐκ τῆς ἑώρας ἀφιγμένοις τὴν τῶν τειχῶν ἐπίστενε φυλακήν, ἐγνώκει δὲ τέως ἐπιμεῖναι τῇ Ῥαβένῃ, μέχρις ἂν ἀκριβέστερον τὰ κατὰ τὴν Λιβύην αὐτῷ δηλωθεῖη, καὶ εἰ μὲν Ἡρακλειανὸς ὑπέρτερος γένοιτο, τῶν αὐτόδι τοις πρωγμάτων ὄντων ἐν ἀσφαλεῖ παντὶ τῷ στρατεύματι πολεμεῖν Ἀττάλῳ καὶ Ἀλαρίχῳ, τῶν δὲ εἰς τὴν Λιβύην παρ' αὐτοῦ πεμφθέντων ἐλαττωθέντων ταῖς οὖσαις αὐτῷ νοισὶ πρὸς Θεοδόσιον εἰς τὴν ἑώραν ἐκπλεῦσαι καὶ τῶν ἐσπερίων βασιλείας ἐκστῆναι.

9. Καὶ Ὄνώριος μὲν ἐν τούτοις ἦν, Ἰόβιος δὲ κατὰ πρεσβύτεραν, ὃς διεξῆλθον ἥδη, πρὸς Ὄνώριον ἐκπεμφθεὶς εἰς ἔνοιαν ἔρχεται προδοσίας, Ὄνωρίον διύ τινων αὐτὸν ὑπελθόντος. καὶ πρὸς μὲν τὴν γερδυσίαν παραιτεῖται πληρῶσαι τὴν πρεσβύτερην, ἀφεὶς πρὸς αὐτὴν ἀπρεπῆ τινὰ δόματα, καὶ ὃς προσήκει, τῶν ἐν Λιβύῃ σταλέντων διαμαρτύροτων, εἰς τὸν κατὰ Ἡρακλειανὸν πόλεμον βαρβάρους ἐκπέμψαι· σαλεύεσθαι γὰρ αὐτῶν τὴν ἐκεῖθεν

5 τεσσάρων LP. pro δὲ aptius legemus δῆ. S. 13 rectius τῆς τῶν ἐσπερίων βασιλείας, vel τῆς ἐσπερίων βασιλείας. S. 18 post δόματα in ms libris sequebantur duo haec commata, κατηθέντος δὲ πρὸς δογὴν Ἀττάλου, καὶ δι' ἐτέρων τὸ πρωτάτου μηνούσαντος, quae transposita esse recte vidit Leunclavius. S. 20 post βαρβάρους P habet χρῆναι. cui haud dissimilia p. 192 11: παρακελυθόμενον χρῆναι τιμάσθαι. p. 126 19: ἀμεινον κόπειας πολεμητέα είναι. p. 173 12: οἶος τε ἐσεσθαι ὀρκέσσει. p. 122 12: ὀρκέσσεις οὐκ φέτο δυνησθαι βοηθήσειν. αὐτῶν L margo: αὐτῷ P.

Honorio principe iam ad capessendam fugam parato, qui eo nomine non exiguam navium copiam in portum Ravennatum coegerat, sex militum cohortes appulere, quae quidem adhuc superstite Stelichone iam olim exspectabantur, sed tunc primum ex Oriente ad bellum societatem venerunt. in his erant hominum quattuor milia. quapropter velut excitatus e gravi sopore Honorus iis moenium custodiam credit qui ex Oriente venerant; atque interim Ravennae manendum statuit, donec certiora de rebus Africanis accepisset. ac si quidem superior evaderet Heraclianus, rebus istic in tuto consistentibus, universo cum exercitu Attalo et Alaricho bellum inferendum: sin missi ab se in Africam vincerentur, in Orientem ad Theodosium cum iis abeundum navibus quas haberet, et occidentalium nationum imperio cedendum.

9. Hic rerum Honoriū status erat. Iovius autem, qui legatus ad Honoriū, velut antea commemorabam, missus fuerat, de proditione, ab Honoriū quorundam opera corruptus, cogitare coepit. itaque ad senatum negat, obitum se amplius legationem, indecora quaedam ad eum verba prolocutus; et quod omnino, quandoquidem conatus eorum qui fuerant in Africam missi successu caruisset, barbaros ad gerendum adversus Heraclianum bellum mitti oporteret: quippe Constante interfecto spes ipsorum ab ea parte

Ἐλπίδα Κώνσταντος ἀναιρεθέντος, κινηθέντος δὲ πρὸς δργὴν Ἀττάλου καὶ δι’ ἑτέρων τὸ πρακτέον μηρύσαντος, πέμπονται κατὰ τὴν Λιβύην ἔτεροι μετὰ χρημάτων τοῖς αὐτόθι βοηθήσοντες πράγμασιν. ὅπερ μαθὼν Ἀλαρίχος, καὶ ἀπυρεσθεὶς τῷ γενομένῳ, τοῖς κατὰ τὸν Ἀτταλὸν ἀπεγνώκει, φρενοβλαφεῖα καὶ σὺν οὐδεὶν 5 κεφαλῇ τοῖς ἀλυσιτελέσι ῥάδίως ἐπιχειροῦντα. ταῦτα δὲ λαβὼν κατὰ τοῦ ἀναχωρεῖν ἔχοντες τῆς Ρυβέρνης, καίτοι γε ἐνστῆναι τῇ ταύτῃς πολιορκεῖα διαρρούμενος ἄχρις ἀλώσεως· Ἰόριος γὰρ αὐτῷ τοῦτο παρῆνει, δι’ ἐπειδὴ τῶν ἐν Λιβύῃ διαμαρτεῖν ἔγρω τὸν ὑπὸ 10 Ἀτταλὸν σταλέντα, τέλεον εἰς τὸ τὰ Ὄνωρίον πράττειν ἐπράπη, 15 κακηγορῶν τε Ἀτταλὸν Ἀλαρίχῳ διετέλει, πειθεῖν σπουδάζων ὡς, ἐπειδὴν κρατήσει τῆς βιστιλείας, αὐτῷ πρῶτον ἐπιβούλεύσει καὶ πᾶσι τοῖς κατὰ γένους ἀγχιστελαν προστήκοντιν. (10) Ἀλαρίχον δὲ τέως ἐμμένειν τοῖς πρὸς Ἀτταλὸν ὄφοις ἐθέλοντος, ἀναιρεῖται μὲν Οὐδάλης ὁ τῆς ὕπου στρατηγός, εἰς προδοσίας ἐμ-20 πεσὼν ὑποψίᾳ, ἐπῆρε δὲ ταῖς Αἰμιλλας πόλεσιν Ἀλαρίχος ἀπάσαις, δοαι τὴν Ἀτταλὸν βασιλείαν ἐτοίμως δέξασθαι παρηστήσαντο, καὶ τὰς μὲν ἄλλας σὺν οὐδεὶν παρεστήσατο πόνῳ, Βογωνίαν δὲ πολιορκήσας, ἀνασχομένην ἡμέραις πολλαῖς οὐδὲν θεῖς ἐλεῖν, ἐπὶ Λίγνας ἔχώρει, κάκείνοντος Ἀτταλὸν δέξασθαι βασιλέα συναναγκάζων. Ὄνωρον δὲ γράμμασι πρὸς τὰς ἐν Βρετανίᾳ χρησαμένου πόλεις φυλάττεσθαι παραγγέλλοντι, δωρεαῖς τε ἀμειψυμένου τοὺς στρατιώτας ἐκ τῶν παρὰ Ἡρακλειανοῦ

1 Κωνσταντίον L margo.

tasse rectius συναναγκάζων. S,

12 ἐπιβούλευσας LP.

scribendum est Βρεττιανῆ R.

fluctuare, cum autem commotus ad iram Attalus per alios indicasset quid esset agendum,mittuntur in Africam cum pecuniis alii, ut rebus eorum locorum opem ferrent. quo Alarichus cognitus, graviter ac moleste rem ferens, de rebus Attali desperare coepit, qui stoliditate quadam animi nullaque nixus ratione res inutiles temere moliretur. Itaque posteaquam haec illi ad animum accidissent, licet antea Ravennae obsidionem eo usque urgere cogitaverat doneo eam cepisset, tamen inde discedendum statuit. nam hoc uti faceret Iovius hortabatur; qui cum intellexisset missi ab Attalo ducis irritos in Africa conatus fuisse, prorsus ad favendum Honoriū causas se convertit, et Attalum maledictis apud Alarichum incessere non desilt, totus in hoc incumbens, ut ei persuaderet Attalum stabilito imperio primum Alaricho ipsi et omnibus ei generis propinquitate iunctis insidias structurum. (10) cum autem Alarichus adhuc in fide Attalo data persistaret, Valens equitum magister oocius est, proditionis insimulatus; et Alarichus ipse cunctas urbes Aemiliae cum copiis adiit, quotquot imperium Attali prompte accipere recusassent. et alias quidem nullo labore redegit in dicionem; Bononiam obcessam et hostem pluribus diebus sustinentem capere non potuit, itaque versus Ligures pergit, ut illos etiam Attalum imperatorem agnoscere cogeret. Honoriū autem, litteris ad civitates Britannicas scriptis, quibus eos hortabatur ut rebus suis consulerent, itidemque militibus ex ea pecunia quam Heracilianus miserat con-

πεμφθέντων χρημάτων, ὃ μὲν Ὁνώριος ἦν ἐν ὁρσιώῃ πύση, τὴν
τῶν ἀπανταχοῦ στρατιωτῶν ἐπισπισάμενος εὔνοιαν· (11) Ἡρα-
κλειανοῦ δὲ τοὺς ἐν Λιβύῃ πάντας λιμένας φυλακῇ παντοὶ κα-
ταλαβόντος, καὶ μήτε σίτου μήτε ἔλαιου μήτε ἄλλον τινὸς τῶν
5 ἐπιτηδείων εἰς τὸν τῆς Ῥώμης κομιζομένον λιμένα, λιμὸς ἐνέσκηψε
τῇ πόλει χαλεπώτερος τοῦ προτέρου, τῶν ἐπ' ἀγορᾶς τὰ ὄντα προ-
τιθέντων, δοιαὶ ἦν αὐτοῖς, ἀποκρυπτήτων ἐλπίδι τοῦ τὰ πάντων
οἰκειώσεσθαι χρήματα, τῆς ματ' ἔξουσιαν δριζομένης τιμῆς αὐ-
τοῖς διδομένης. εἰς τοῦτο τε ἡλθετος ἡ πόλις στροφωρίας ὥστε
10 ἐλπίσαντας καὶ ἀνθρωπίνων ἀπτεσθαι σωμάτων τοιαύτην φωνὴν
ἐν τῇ ἵπποδρομίᾳ ἀφεῖναι pretium pone carni humanae, τοῦτο
δέ δοτινος “δρισον τῷ ἀνθρωπειώ κρέει τιμήν.”

12. Ἐπὶ τούτοις Ἀτταλος καταλιμὼν τὴν Ῥώμην συνά-
γει τὴν γερουσίαν, καὶ βουλῆς προτεθείσης ἀπαντες μὲν ὡς εἰπεῖν
15 ἐδοκίμαζον καὶ βαρβάρους χρῆναι μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὴν
Λιβύην ἐκπέμψαι, παραδοῦναί τε Δρούμα τὴν ποντικὴν ἡγεμονίαν,
ἄνδρι πλεῦστα ἡδη πλατεῶς καὶ εὐνοίας ἐπιδείξαντι δειγματα, μό-
νος δὲ Ἀτταλος σὺν δλίγοις τῇ τῶν πολλῶν οὐκ ἐτίθετο γνώμη,
βαρβάρων οὐδένα τῷ στρατοπέδῳ συνεκπέμψαι βουλόμενος. ἐν-
20 τεῦθεν Ἀλάριχος εἰς τὴν Ἀττάλου καθαίρεσιν εἶδεν, Ἰοβίου πρὸ^τ
πολλοῦ ταῖς συνεχέσι διαβολαῖς ἐτοιμάζερον εἰς τοῦτο πατασκενά-
σιντος. καὶ τὸ βούλευμα εἰς ἔργον ἀγων, πρὸ τῆς Ἀριμίνου;
καθ' ἣν τότε διέτριψεν, ἔσαγαγὼν τὸν Ἀτταλον, περιελὼν τὸ
διάδημα καὶ τῆς ἀλουργίδος ἐκδύσας ταῦτα μὲν ἐπειψεν Ὁνώριῳ

8 οἰκειώσασθαι LP.

clarior praemii loco distributo, in omni degebatur otio, militumque sibi benevo-
lentiam ab omni parte conciliabat. (11) Heraclianus vero cum omnes in
Africa portus occupatos multiplici praesidio teneret, neque iam frumentum
vel oleum vel aliae rēs ullae ad victum necessariae in portum Romanum in-
veherentur, fames in urbe gravior quam prius exstitit, dardanariis ea spe
quicquid habebant suprimentibus, ut omnium pecunias ad se averterent, eo
potius pretio quod ipsi arbitratu suo statuerent. adeoque redacta fuit urbs ad
angustias, ut ab iis, qui sperarent hominum quoque corpora degustatum iri,
vox huiusmodi Circensibus ludis emitteretur: “pretium pone carni humanae.”

12. Has ob causas Romanus proiectus Attalus senatum advocat; et con-
sultatione proposita universis propemodum ea sententia probata fuit, ut et
barbari cum Romanis nullibus in Africam mittentur, eorumque praefectura
Drumae traderetur, illi nimis virō qui documenta iam plurima fidei bene-
volentiaeque suae edidisset. solus Attalus cum paucis iudicio plurium non
assentiebatur, qui neminem barbarorum cum Romano exercitu mitti vellet.
hinc iam Alarichus ad abrogandum Attalo imperium spectare, cum multo
ante Iovius cum continuis criminationibus ad hoc impulisset. itaque reapse
consilium suum exsequens, extra urbem Ariminum, in qua tunc commorabatur,
productum Attalum diademate apolliat et exuit purpura; atque his ad

τῷ βασιλεῖ, τὸν δὲ Ἀτταλον ταῖς πάντων ὅψεσιν ιδιώτην ἀπέδειξε, κατασχὼν παρ' ἑαυτῷ μετὰ τοῦ παιδός Ἀμπελίου, μέχρις ἂν πρὸς Ὄνώριον εἰρήνης γενεμένης ἀσφάλειαν αὐτοῖς τοῦ βίου περιποιήσειεν. ἔμεινε δὲ καὶ ἡ τοῦ βασιλέως ἀδελφὴ Πλακιδία παρ' αὐτῷ, διμήρον μὲν τρόπον τινὰ τάξιν ἐπέχρυσα, πάσης δὲ⁵ ἀπολαύσουσα τιμῆς καὶ βασιλικῆς θεραπείας.

13. Καὶ τὸ μὲν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἐν τούτοις ἦν· Κωνσταντῖνος δὲ τῷ παιδὶ Κώνσταντι τὸ διάδημα περιθεὶς καὶ ἀντὶ τοῦ Καλσαρος βασιλέα πεποιηκάς, Ἀπολλινάριον παραλύσας τῆς ἀρχῆς ἔτερον ἀντ'⁶ αὐτοῦ ὑπαρχον ἀπέδειξεν. Ἀλαρίχου δὲ ἐπὶ τὴν 10 Ρύβενναν ὡρμηκότος ὡς δὴ βεβαίως αὐτῷ πρὸς Ὄνώριον ἐπομένης εἰρήνης, ἔτερον τι παρ'⁷ ἐπλίδα λιποδίων εὑρεν ἡ τύχη, πρὸς τὰ σινιμησόμενα τοῖς τῆς πολιτείας πρόγυμασιν ὁδῷ προϊούσσα. Σάρων μετὰ βαρθράρων ἐδωριθμήτων ἐν τῷ Πικήνῳ διατείχοντος καὶ μήτε Ὄνωρίῳ τῷ βασιλεῖ μήτε Ἀλαρίχῳ προσθεμένου, διασμενᾶς 15 ἔχων πρὸς αὐτὸν Ἀτάουλφος ἐκ τίνος προλαβούσης ἀλλετριώτητος ἐπέρχεται πανστρατιῷ τοῖς τόποις ἐν οἷς τὸν Σάρον συνέβανεν εἶναι. ταύτης αἰσθημένος τῆς ἐφόδου, πρὸς μάχην τε ἀρκέσειν δύνη οἰηθεὶς μόνων αὐτῷ τριακοσίων συνόντων ἀνδρῶν, ἔγνω δραμεῖν πρὸς Ὄνώριον καὶ κοινωνῆσαι τοῦ πρὸς Ἀλαρίχον πολέμου. 20

8 Κωνστᾶ P, sine iota subscripto, lineola superimposita; quae fortasse partim proprii partim abbreviati nominis est index. cum enim supra fere semper huic nomini peritotosyllabam flexionem tribuerit, fortassis etiam hic Κάνσταντι scripsit. aliquoi Dorica hic esset flexio pro communi. S. fortasse Κάνσταντι διάδημα. 13 συμβαινομένα vulgo.

Honorium principem missis, Attalum in omnium oculis ad privatam vitæ condicionem redigit, apud se tamen cum Ampelio filio retentum, donec pace cum Honorio constituta vitae incolumitatem eis impetrasset. Placidia quoque, soror imperatoris, cum Alaricho erat, vicem illa quidem obsidis modo quodam implens, ita tamen ut omni honore cultuque regio frueretur.


13. Ac Italicarum sane rerum haec id temporia erat condicio. Constantinus autem cum diadematē Constantem filium cinxisset proque Caesare dixisset Augustum, Apollinari abrogata potestate, alterum eius loco praefectum praetorii designavit. interim Alaricho cum copiis Ravennam profecto, veluti qui firmam certamque cum Honorio pacem facturus esset, aliud quoddam fortuna repperit impedimentum ad ea quae status publici rebus essent eventura, via quasi quadam progredivs. quippe dum Sarus, nec imperatoris Honorii nec Alarichi se partibus adiungens, cum exiguis barbarorum copiis in Piceno commoratur, Ataulphus, qui esset infesto in eum animo propter quasdam obortas ante hoc tempus inimicitias, ad eum loca cum copiis universis accedit quibus in locis tum forte Sarus erat. illum adventantem cum Sarus animadverteret, non satis ad committendam pugnam instructum se ratus, qui homines secum trecentos duntaxat haberet, ad Honorium profugere statuit et cum eo belli adversus Alarichum societatem colere.

Johann Friedrich
I. F. REITEMEIERI

COMMENTARIUS HISTORICUS

Christian Gottlob

CUM C. G. HEYNII ANNOTATIONIBUS.



I. F. REITEMEIERI

COMMENTARIUS HISTORICUS

CUM C. G. HEYNII ANNOTATIONIBUS.

INTRODUCTIO (lib. 1 c. 1 — 5).

Exordium historiae sua, paulo altius pro instituti ratione repetitum, si quidem potentiae, qua Romani pollebant, non originem sed occasum explicaturus erat, Zosimus capit ab exponenda principatus inter gentes priores, Persas Graeos et Macedones, vicissitudine, antequam summa rerum ab alia ex alia gente ad Romanos perlata esset. quae quidem res quamvis in Polybii, cuius ex imitatione manifeste sunt adumbratae, magis quam in hanc historiam cadere videantur, possunt tamen brevitate et gravitate se commendare sua.

p. 7 v. 4. ἔξακοσιοις ἑτεσι. quoniam medium inter urbem conditam et Cannensem cladem spatium, ex computo Polybii, 534 annorum numerum explet, Casaubono (ad Polyb. 1 c. 1) emendari πεντακοσίοις placebat. qua tamen emendatione, cum quingenti anni non magis quam sexcenti numero Polybii respondeant, facile carebimus; neque voluit Zosimus numerum aliter, ut videtur, quam rotunde ponere.

ib. v. 9. οὐδὲ ὅλοις τρισὶ καὶ πεντήκοντα. sumpta sunt haec ex Polybio, qui initio belli Punici secundi et parta de Perseo Macedonum rege victoria tanquam terminis inclusit illud tempus (χρόνον πεντηκοντακαιτριετῆ Polyb. 3 4), quo Romani summa rerum inter gentes potiti sunt. Polyb. 1 1: τις γὰρ οὗτος ἐπάρχει φαῦλος η̄ φόδυμος ἀνθρώπων, δις οὐκ ἂν βούλοιτο γνῶναι πᾶς καὶ τίνι γένει πολιτείας κρατηθέντα σχεδὸν ἀπαντα τὰ κατὰ τὴν οἰκουμένην οὐγ̄ ὅλοις πεντήκοντα καὶ τρισὶν ἑτεσιν ύπο

μίαν ἀρχὴν θέσσα τὴν Πορταλῶν; itaque non aberrare Zosimus a mente Polybii videtur, sive veram eam dixerit populorum servitatem, sive, quemadmodum Casaubonus interpretatur, improriam.

II. IMPERATORES AUGUSTUM EXCIPIENTES USQUE AD CLAUDIUM II (l. 1 c. 5—41).

Quae in his capitibus breviter et ad rem accommodate tradita sunt, Zosimo maxime suppeditarunt Dexippi cum Synopsis historiae, Claudii regno finita, tum Scythica, quae Syncello quoque usui fuerunt. errores qui hao in parte occurrunt, et obscuritas quae nonnulla loca obsidet, vel sola Herodiani, optimi horum temporum scriptoris, historia tolli potest.

p. 12 v. 12. pantomini oblectamentum, quod versos hominum ad libidinem animos molles reddidit et effeminatos (cf. Zosim. 4 83, 5 7), hactenus recte potest horum temporum haberi inventum, quod Pylades et Bathyllus saltationem diversum a comoedia atque tragœdia adeoque proprium aliquod dramaticis genus constituerunt. cf. Salmasius ad Vopisci Carinum c. 19. R. ex bono auctore habet Zosimus, quod *pantomimorum* studia commemorat inter praecipuas corrumpendorum morum caussas. non enim mollium modo hominum contubernium cum senatoribus et principibus viris (v. Lips. ad Tac. Ann. 1 77) ortaeque inde factiones et seditiones, verum multo magis ipsa pantomimorum argumenta flagitiosa et turpia (v. Lucian. de Saltat.) omnne corruptelæ genus inferre debuere. H.

p. 12 v. 17. memoratu dignum et illud est, quod *Athenodori* Stoici consiliis Augustus ad moderatum imperii usum revoatus esse traditur. v. hac de re notam Fabric. ad Dion. 52 36 p. 689. H.

p. 14 v. 15. perperam traditur Iuliano iam interempto senatus de imperio Severo tradendo deliberasse. aderat enim Severus cum exercitu ex Illyrico ad urbem. cf. Herodian. 2 40 sqq. H.

ib. Severi vitam multi inter veteres scripserunt. de eo in primis cf. Herodian. 2 9—4 2, de Commodo idem 1 17, et de Didio Iuliano 2 6—12.

p. 15 v. 7. *Severus omnem Arabiam subegisse* si non indoete, certe parum caute narratur a Zosimo; peccavit eodem modo Herodianus 3 28. nam accipienda haec erant de Arabia inter Euphratem et Tigrim sita, in qua urbs Atra frustra a Severo oppugnata. v. Dio 75 10. cf. Fabric. p. 1264 et 1144. Arabes ultra Euphratem loca iam olim insederant. Strabo quoque καὶ τὰ — τῆς πέραν τοῦ Εὐφράτου πολλῆς, ἣν "Ἄραβες κατέχουσι. 16 pr. item p. 1084 A. cf. 1093 B. H.

p. 15 v. 13. Papinianus, testante Dione, post Getam necatus est, de quo imperatore et Antonino cf. Herodian. 3 10—4 13.

p. 16 v. 2. Dione teste, interfector, cui Martialis nomen erat, caede perpetrata turbae immixtus, oruento gladio agnitus poenam meritam luit; Herodiano auctore, fuga evadere frustra conatus a consequentibus caesus est.

ib. v. 3. in Oriente a militibus, non Romae ex senatus sententia, imperio Macrinus admotus est; quoniam postmodum militum suffragiis etiam auctoritas senatus accesserat, id fraudi fortasse Zosimo fuit, ut locum perperam designaret. de Macrino vid. Herodian. 4 12—5 4.

ib. v. 4. eum, Elagabalum vulgo dictum, non eodem anno quo Macrinum, summae rerum milites praefecerunt, sed postequam severae disciplinae impatientes, alienatis ab eo animis, Macrinum e medio sustulerant.

ib. v. 13. Ἀρραβίον. id nomen est Elagabali ad dignitatem imperatoriam evecti, de quo vid. Herodian. 5 3—8 et de eius successore Alexandro cf. idem 5 7—6 9.

ib. v. 15. μάγοις τε καὶ ἀγύρταις ἐσχολακώς. non de novis sacris, sed proprie haec esse accipienda docet Lamprid. c. 8: omnes denique magorum genus aderat illi operabaturque quotidie. cf. eadem verba de Caracalla Herodian. 4 22. H.

p. 17 v. 7. de Ulpiano quae scimus, sunt fere omnia Zosimi et Lampridii; Herodianus etsi aequalis nullam eius mentionem fecit. *Paulum et Ulpianum in magno honore habuit, quos praefectos ab Elagabalo dicunt factos, alii ab ipso* (Alexandro). Ael. Lampridius in vita Alexandri c. 25.

ib. v. 16. Uranii cuiusdam, qui affectato Edessae in Osrhoene imperio, ab Alexandro oppressus fuit, apud Syncellum ad a. 211 mentio iniecta est.

ib. v. 17. de *Alexandro Severo* pro studio aut odio in eum admodum diversa et inter se repugnantia narrari satis constat. cf. Lamprid. c. 62 63. forte illa τῷ τε σώματι καὶ κατὰ φύσιν λογισμοῖς ἀλλοιότερος ήν etc. ducta sunt ex aliquo Maximini amatorum, quos ille narrat in invidiam Alexandri commenticia iactantes, quasi Alexander curis occultis et anxietate animi vultum coloreunque totiusque corporis habitum mutaverit, ut pallore et macie insignis esset. alium sensum non video. avaritiae moribus matrem, non Alexandrum vexabat, ap. Herodian. 6 4, cui potior in Alexandri rebus fides, et e quo omnino res eius, nimis negligenter a Zosimo narratae, cognoscendae sunt. H.

ib. v. 20. quae in Alexandrum ab Zosimo congeritur avaritiae criminatio, quamvis apud alias non ipsius imperatoris, sed matris Mammaeae ea sit reprehensio, a Julianu quoque (in Cæsar.) in eum effunditur, nec ipse Herodianus diffitetur, im-

peratorem ex matris avaritia invidiam apud milites sibi conflasse.

p. 18 v. 11. de Alexandri morte cf. Herodian. 6 9.

p. 19 v. 4. quae ad Gordianorum historiam spectant, quandoquidem a Zosimo parum curate exposita sunt, leges miseras exposita ab Herodiano 7 5 et Iul. Capitolino Vit. Gordiani c. 7. Gordianum senem, Africæ proconsulem, invitum ad imperium raptum, re Romam nuntiata, senatus Maximini tyrannidem iamdudum exosus cum filio imperatorem dixit.

p. 20 v. 4. maior est auctoritas penes Herodianum et Capitolinum, qui non fluctibus maris Gordianum filium, sed proelio, quod in Africa commissum fuit, periisse, patrem autem auditam filii morte, desperatis rebus, laqueo vitam finiisse tradunt. Salmasius (ad Capitolinum p. 189) errorem Zosimi ortum ex eo putat quod, Capitolino teste, Gordiani copiae, antequam concursus sit, tempestatis vi dissipatae fuerint; et Spanhemius, ut Zosimum cum ceteris conciliet, varia lectione, quam Boivinus in codice Parisiensi invenit, exhibente πειν (non πεινη, ut Spanhemius scripsit) in subsidium vocata et pro solito scribarum compendio accepta, emendat πολεμεῖν, adeo ut Gordianus tempestate pugnae (nam ea esset βία χειμῶνος, dictione poetica) oppressus dicatur. R. τῶν δὲ βίᾳ χειμῶνος ἀπολομένων. de pugna accipi haec possunt nullo modo: poetica illa et a nostri scriptoris consuetudine prorsus aliena. inciderat Zosimus in scriptores, qui Gordianos in traiectu ex Africa periisse traderent; et fuisse eam famam discimus e Zonara Ann. 12 p. 622 D ed. Par. H.

Quot Gordiani fuerint, res fuit inter viros doctos controversa, aliis tres, aliis quattuor fuisse contendentibus. scripta in eam rem vulgata sunt: *Histoire des quatre Gordiens prouvée et illustrée par les médailles* Paris 1695, 8; cuius libelli auctor etiam scribere iubet in hoc loco Zosimi Γορδιανοῦ pro Γορδιανῷ vel τῶν pro τῶν, ut suae scilicet hypothesi subserviat. *Historia trium Gordianorum*, Daventriae 1697, a cuius auctore (Gisb. Cupero) emendatio illa improbat. *Lettre touchant l'histoire des quatre Gordiens, prouvée par les médailles* (par Mr. Galland) Par. 1696. tandem pro quattuor Gordianorum historia vindiciae (auct. Du Bos) Paris. 1700, 8.

ib. v. 5. Capitolin. Vit. Gordian. c. 2: *Gordianus tertius natus est, ut plures afferunt, ex filia Gordiani, ut unus aut duo (nam amplius invenire non potui) ex filio, qui in Africa perit.*

ib. v. 10. Zosimus Gordianum Balbino et Maximino vivis imperium tenuisse narrat; at credendum est aliis, quibuscum fides potior et ratio stat; Gordiano tum demum commissum fuit imperium, cum praetoriani milites, constitutos a senatu imperatores aversati, Maximum et Balbinum trucidassent.

p. 20 v. 14. auctore Capitolino (*vita Gord. c. 23*) *Sabinianus* (nam ita rectius ab eo vocatur) *per praesidem Mauritaniae oppressus est*, sed addente eodem Capitolino, *ita ut ad eum tradendum Carthaginem omnes venirent, et crimen confitentes et veniam sceleribus postulantes*. quoniam ipsi *Carthaginenses fuerunt* ii qui rebellabant, non recte rebelles, obseruante *Tillemontio*, *Carthaginem venisse dixeris*. tolletur vero iste inter *Capitolinum* et *Zosimum* dissensus, modo pro *Carthaginem* rescribatur in illo loco *Carthagine*.

ib. v. 18. *Τιμητικλέος.* Iul. *Capitolintus* (*Gordian. c. 23*) *Misitheum* eum vocat, virum doctrina insignem.

p. 21 v. 5. *Ἀντιόχου*, qui etiam *Seleucus Callinicus* vocatur. adde Bernegg. in *Iustin. 41 4 3.* *Cellar.*

ib. de *Parthici regni initii* meliores auctores inspiciendi erant. perperam e *Cellario* ad *Syncelli* fidem adscriptum est, *Antiochum et Seleucum Callinicum esse unum eundemque. ultum ivit iniuriam fratri illatam Arsaces sub Antiecho 2*, qui *Theos dictus*, et regni fundamenta iecit sub a. 248 ante C. n., frustra posthaeo (annis 238 286) armis tentatus a *Seleuco Callinico*, qui *Antiocho successerat.* inspici potest vel opus *Guthrianum* vol. 2 et 3. *H.*

ib. v. 12. fraude *Philippi Timesicalem circumventum periisse plerosque tradere auctor est Iul. *Capitolinus Gord. c. 28.**

p. 22 v. 4. de morte *Gordiani* vid. *Iul. Capito*lin. in *vita Gord. c. 29—30.* cum *Herodiani historia* in primis regni *Gordiani annis finem habeat*, ea quae deinceps ante *Constantini tempora gesta sunt*, ex *Zosimo maxime et scriptoribus historiae Augustae petenda sunt.*

ib. v. 15. non tentanda erat vox ηθη [κρυψη malebat Reitemeierus.] *Carpi iam tum* vicina Istri loca populari coepere; mox effusi in fines Romanorum vastationes fecere maximas. barbari hi, qui *Carpathios montes insedisse* videntur, inter *Sarmaticos* populos commemorantur primum, si bene meminii, a *Petro Patricio* in *Exc. Legat.*, *Alexandri Severi tempore*, stipendia postulantes a *Romanis*, sed repressi a *Menophilo* duce *Moesiae*; quo mortuo *Moesiam diripuere*, eversa civitate *Istrica*. *Iul. Capit.* in *Max. et Balb. c. 16.* eos nunc aggressus *Philippus fudit*. mox alia cum iis gesta bella sub *Decio*, sub *Claudio*, sub *Aureliano*, qui et *Carpicus a senatu dictus*. *Vopisc. c. 30.* tandem sub a. 295 a *Diocletiano*, deditio facta, in *Moesiam secundam traducti agros accepere.* *H.*

p. 23 v. 18. *Zonara 12 20* auctore *Decius a Philippo coactus est ad praefecturam suscipiendam stricto gladio.* num haec est *Thessalica persuasio?* Cicero ad Atticum 9 18 ea voce uitatur ad persuasionem, quae cum necessitate coniuncta est, designandam.

p. 23 v. 18. nulla alia haec est persuasio quam quae *cum minis* fit. occurrit quoque in Suida in πειθαράγη, sed nulla interpretatione addita, et in Eunapio, in Chrysanthio p. 190 Commel.: οἱ πειθαράγνες σφρατισταὶ μετὰ τιμῆς τὴν Θεσπιακὴν ἐπῆγον πειθαράγην. *H.*

p. 24 v. 14. variante syntaxi, filium quoque trucidatum esse dicit, nempe non ad Veronam proelio, uti pater, sed Romae, post acceptum de patris clade nuntium, apud castra Praetoria, quod Aurelius Victor notavit atque Eutropius. *Cellar.*

ib. auctoriibus Aurelio Victore et Zonara filium fecerat Philippus imperii consortem.

p. 25 v. 1 — 15. commissum fuit proelium cum Scythis ad forum Trebonii; videtur itaque nomen Tanais, etsi constanter in hoc capite a Zosimo ponatur, pro Danubio, qui incurrentibus Thraciam transeundus erat, errore aliquo scriptus esse; quae etiam sententia Gibbonii est (*History of the Rom. Empire* t. 1 c. 7 not. 44). cf. Georgius Syncellus, qui Dexippi verba refert p. 299 B ed. Venet.

Scythaes, quorum ad Istrum sedes fuit (3 2, 4 20), sunt *Gothi*; iidem a Zosimo aliis locis his nominibus declarantur, *Gothi*, *Borani*, *Urugundi*, et *Carpi* (1 27, 1 31), *Prothungi* (4 38). nec minus Zosimo Bastarnae sunt Σκυθικὸν θνός (1 71), *Taiphali* (2 31, 4 25). ipse tamen Zosimus veras gentium origines parum recte tenuisse videtur, quandoquidem 1 24 *Gothos* cum *Herulis* et *Peucinis* a Scythis diversos perhibet. Scythaes sive Gothi (Getae nusquam a Zosimo vocantur) apud eum distincti sunt in θνη et γένη. ii qui in numero τῶν θνῶν ponuntur, sunt quos iam diximus, *Bastarnae* (1 71), *Prothungi* (4 38) et *Scythaes quidam* (4 7). in censum eorum qui γένη constituunt, referuntur *Scythaes regii*, quorum plures principes fuisse videntur: nam Athanarichus omni imperasse *Seytherum* regiorum nationi dicitur (4 34. cf. 4 20 et 4 7); porro *Taiphali* (2 31), *Borani*, *Carpi*, *Gothi*, *Urugundi* (1 31).

ib. v. 15. de morte Decii variant auctores. cum Zosimo conspirat Ammianus 31 18.

ib. v. 21. aocipiebant Gothi, iam antea Romanis foederati, annua munera, quae cum iusto tempore non solverentur, Moe-siam Philippo regnante vastare coeperunt. cf. Iornandes de reb. Get. c. 16.

p. 26 v. 9. Hostilianum, qui cum Gallo Augustus creatus erat, peste periisse scribit Aurel. Vict. Caes. 30 et Epit. 30.

.. *ib.* v. 17. de ea peste cf. Eutrop. 9 5 et Iornandes 19.

p. 28 v. 14. cum Zosimo, praeter Aurelium Vict. Caes. 31 causam mortis morbo tribuentem, reliqui omnes conspirant.

ib. v. 17. *iure meritorum et quasi ex totius orbis una sen-*

tentia, ait Trebell. Pollio in Valerian. 1. mox *Scythaes* sunt Gothi et Carpi.

p. 29 v. 1. eadem fere Syncellus tradit p. 303 D ed. Ven. et Zonaras Ann. 12 23.

ib. v. 7. primum a senatu Gallienus Caesar (Victor uterque 23), postea Augustus (Eutrop. 9 6) dictus est.

ib. v. 21. foedus matrimonio confirmatum fuit; nam Gallienus duxit barbari illius regis filiam. v. Victor uterque et Trebell. Pollio in Gallieno. *Cellar.*

p. 30 v. 20. Pityut oppidum opulentissimum in intimo traktu littoris Pontici post Colchidem. Plin. 6 5. vere ergo Strabo lib. 2 vocat τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν. *Cellar.*

p. 33 v. 4. Ἀγχίαλον. huius urbis a barbaris oppugnatae Iornandes quoque (de reb. Get. 20) mentionem iniecit.

ib. v. 18. tradentibus Philostorgio et Treb. Polione (in Gallien. 4) barbari, incursione facta, non in Bithyniam modo sed in Cappadociam quoque effusi praedati sunt. add. Syncell. p. 304 B.

p. 34 v. 13. de Syriae et Asiae vastatione ex Persarum incursione nimis parce agit Zosimus. *Antiochia* tum capta: controversia tamen est de anno, sitne capta a. 258 ante Valeriani expeditionem, an post eius captivitatem, quo Ammianus 22 5 revocare videtur, qui Gallieni temporibus evenisse ait. sequitur hoc Gibbon V. C. parum tamen probabile est post cladem illam Valeriani tam secure egisse Antiochenos, ut ludis scenicis assidentes opprimerentur a Persis; nec Ammianus de capta tantum Antiochia narrat, sed omnino Persarum vastationes una cum reditu ad sua; tum ille obiter rem modo attigit. at in nostro Zosimo locus est hoc advocandus, inf. 3 32, ubi Antiochiae calamitas diserte ante Valeriani profectionem memoratur. Eunapii locus est in Aedesio p. 50 l. 19, qui eandem urbis cladem respicit, eamque et ipse ad Valeriani tempora revocat, si accuratius expendas. narratur ibi Eustathius philosophus legatus ad Saporem missus. *H.*

p. 35 v. 1. discrepant Treb. Pollio et alii, qui Valerianum tradunt *ductu cuiusdam sui ducis captum esse*; in eo tamen conspirant omnes, quod imperator hostibus in manum venit fraude circumventus.

p. 36 v. 3. *Cecrops* hic idem esse videtur qui *Cecropius* apud Trebell. in Gallieno 14, dux Dalmatarum, idem inter interfectores Gallieni. de eo mox 1 40 noster loqui videtur. *Antoninum* vero alibi memoratum non memini. *H.*

ib. v. 4. iusto brevius et obscurae historiam Aurioli Zosimus exposuit. secundum Trebellium Pollionem (Trig. Tyr. c. 11) Gallienus expugnare Auriolum frustra annis us pacem cum eo fecit, quo liberius posset contra Postumium proficisci.

Zosimus.

p. 36 v. 4. vid. Trebell. Pollio in Trig. Tyr. et Zonaras
12 24.

ib. v. 10. de morte Salonini, ut ex Treb. Pollione (Trig. Tyr. c. 3) palam fit, diversa inter homines increbuit fama.

ib. v. 13. *Silvanus* hic, cuius curae Saloninus datus erat, apud Zonaram 12 24 p. 632 est *Albanus*. at ipsi Postumo concretum Saloninum narrat Trebell. 30 tyr. 2. verum error ex eo natus, quod pater eius, Gallienus, a Valeriano traditus fuerat Postumii tutelae, ut ex epistola Valeriani intelligo ap. Vopiso. Aurel. 8. *H.*

ib. v. 16. ex Dexippo, quem noster expressit, petitus apud Syncellum (p. 304 D) locus extat rem illustrans. quos Zosimus Scythes appellat, eos Syncellus sive Dexippus Aerulos, hoc est Herulos, vocat.

ib. v. 19. quae de Odenatho Zosimus obscure enarravit, ea Syncellus et clarius et copiosius exposuit. cf. Treb. Pollio (Trig. Tyr. c. 11).

ib. v. 20. Odenathus, teste Syncello, Orientis creatus erat dux; iuxta Trebellium vero (Gallien. c. 11) regno affectato, omnia quae perfecit, quasi Gallieni partes ageret, ei nuntiari fecit; deinde cum ab imperatore Augustus dictus esset, filium ad eandem evexit dignitatem.

p. 37 v. 9. contra Scythes profecturus morte occubuit, ut a Syncello traditum l. o. auctore vero Treb. Pollione (Trig. Tyr. c. 18) una cum filio occisus est.

ib. v. 16. de Postumo sive Postumio in Gallia tyrannidem occupante iam supra (c. 38) egit. erroneum est, ut Tillemontius demonstrat (t. 2 p. 357), quod is hoc tempore tanquam superstes commemoratur, qui iam ante fuerat occisus quam ad eum deiicendum a Gallieno arma mota. *R.* turbata haec sunt quae a Zosimo narrantur, nec tam in Postumo quam in rerum narratarum ordine. de *Gallieni* temporibus extremis agitur: caesus is a. 268 m. Martio prope Mediolanum, adversus *Aureolum* profectus. sed is non tum demum novas res molitus erat: nam anno iam 260 ab exercitu Illyrici Augustus erat renuntiatus. *Postumus* imperium arripuerat in Galliis a. 259, isque cum filio fuit caesus ad Moguntiacum sub a. 268 initia, fraude *L. Aelianus*, qui et Laelianus et Lollianus appellatur: sed numi audiendi sunt. Zosimus adeo defectionum initia et novissima in unum miscuit. vestigia tamen similis perplexae narrationis occurrunt apud Trebell. add. Zonar. p. 634 C. *Marcianus*, qui statim memoratur, diversus utique est a Macriano Augusto in Oriente dicto. cf. Trebell. in Gallieno 13 14. *H.*

p. 38 v. 1. iniectum Claudio crimen, quia is successor fuit occisi imperatoris, non sine causa videtur; neque id diluet Treb. Pollio (in Claudio c. 1), studio Constantini, originem suam ex Claudia gente ducentis, suspectus scriptor.

p. 38 v. 10. de Gallieni caede discrepant inter se scriptores,
Treb. Pollio 14, Sext. Aurel. Caes. 33.

III. IMPERATORES A CLAUDIO USQUE AD CONSTANTIUM REGNANTES (l. 1 c. 41 — 71).

Historia imperatorum ante Claudiūm epitomatoris more briefer perstricta, sequentium temporum res iam latius, de Eunapii libris depromptas, tradere instituit. deficientibus aliis libris unde huius possit intervalli historia peti, quae de ea nobis innotuerunt, ea ferē omnia Zosimo debentur, sine quo in hac nobis parte plane caecutiendum foret.

ib. v. 19. Casaubonus ad Treb. Pollionem in Claudio c. 6 Πευκίνοις emendat, satis apte: nam *Peucini* vocantur insulae Peuciae, ad ostium Danubii adiacentis, habitatores, quibus intursantibus coinites fuerunt Trutungi Heruli et alii populi Germanicae ac Sarmaticae originis.

p. 39 v. 1. Casaubonus auctoritate Treb. Pollionis (c. 8, etiam Ammiani §1 5) recte emendare videtur ἐς vel ὡς δισχήλια. cum barbarorum numerum eundem tradant, scilicet 320000, nescesse est unainquamque naevem, si omnes aequali inter se magnitudine fuerint, portasse 150 homines ex ratione Pollionis, Zosimi vero 50 modo.

ib. v. 19. Pelagonia pars Macedoniae. vid. Strabo 8 extr. *Cellar.* fuit in hac urbs *Doberus* iam apud Thucydidem obvia. Athenas eodem tempore afflictas narrat Zonaras 12 26.

p. 40 v. 2. pugna quae hic narratur, facta est ad Naissum in Moesia superiore, quod ipse Zosimus subiicit c. 45. *H.*

ib. v. 5. de eo bello Scythico cf. Treb. Pollio in Claudio c. 6 — 10.

p. 41 v. 3. Babylonī Aegyptiae. Strabo l. 17 de Aegypto: Βαβυλῶν φρουρίον ἐρυμνόν, αποστάντων ἐνταῦθα Βαβυλωνίαν. *Cellar.*

ib. v. 17. prope duo milia militum a paucis barbaris, et iis qui fuderent, interempti sunt. Treb. Pollio Claud. c. 11.

p. 43 v. 3. finitimi iis fuérunt Marcianus et Iuthungi, quorum incursantium fines Romanos intentio facta apud Dexippum et Vopiscum. fuerint ad trecenta milia hominum.

ib. v. 7. ἐν ταῖς νεῷ τὸν Ἰστρὸν ἐσχατίαις (ubi ambo Norici erant, Zosim. 5 50). Dexippo auctore Iuthungi, cum urbibus ad Istrum vexatis Italiae imminent, fusi fugati que ab Aurelianō et traecto Istro a Romanis fuga afflitti, pars cederunt, reliquā ab imperatore pacem petierunt, teste Aurel. Victore (c. 85).

p. 43 v. 12. ἀτέλχιστος πρότερον. non satis accurate id dictum: nam ab Aureliano non primum facti urbis muri, sed tantum ampliati sunt. Vopisc. Aurel. 21 et alii.

ib. v. 16. ex Vopisco (vita Aureliani c. 39) Daciam discimus provinciam transistrianam, ex quo Traianus eam occupaverat, a Romanis servatam, nunc ab Aureliano, desperante posse eam retineri et defendi, derelictam et barbarorum factam esse. quae res Zosimo, imperii decrementa et provinciarum amissiones scripturo, non plane omittenda erat.

p. 45 v. 11. vid. Valesius ad Marcellin. 14 5 et Godofred. ad l. ult. C. Th. de infirm. h. quae sub tyranu. Ritter.

ib. v. 17. Ασύρην τοῦ προαστείου. de eo late Godofred. ad l. 2 C. Th. de aquaeduct. et Casaub. ad Script. Histor. Aug. et Morellus ad Strabonem 16. Ritter.

p. 46 v. 17. memorabile est, quod qui ex Palaestina missi sunt, praeter arna cetera clavas et fustes secum afferunt. II.

p. 49 v. 18. εἰς κρίσιν ἡγαγε Ζηνοβίαν. quod Zenobia in iudicium adduci potuit, quae res per se ad nostros sensus valde mira est, maxime pertinuisse putandum ad pervicaciam in renuenda deditione et ad superbas literas, quas ad Aurelianum scripserat. v. Vopisc. 26 27. H.

ib. v. 22. Longinum philosophum, quo magistro Zenobia in literis Graecis usa fuerat, Aurelianus ideo dicitur occidiisse, quod superior illa epistola Zenobiae ad Aurelianum (quam Vopiscus o. 27 exhibet) ipsius diceretur dictata consilio, quamvis Syro esset sermone contexta. Vopisc. Aurel. c. 30. Cellar.

p. 50 v. 15. Strabo 14 prope finem, in Cilicia Σαρπηδονίας Ἀρτέμιδος, Dianae Sarpedoniae templum et oraculum memorat. Cellar.

ib. v. 17. Seleucides aves etiam Plin. commemorat 10 s. 39. et apponit Casii montis incolas: unde patet Seleuciae Pieriae, non Ciliciae h. l. agi. H.

p. 51 v. 11. templum Veneris Aphacitidis in Libano monte Constantinus Magnus diruit. Euseb. in Vita l. 3 c. 53. Socrat. 1 18 (14 Lat.). Cellar.

p. 52 v. 17. narrationum de Zenobiae morte, quarum diversitatem Zosimus et Zonaras observarunt, veriorem putamus esse eam quam exhibent Vopiscus (Aurel. c. 34) aliquie, scilicet Zenobiiam eiusque liberos Romae in triumpho esse ductos.

p. 53 v. 7. Vopisco (in Aurel. c. 31) maior fides est. Sandarionem (Zosim. Marcellinum) inquit, quem in praesidio illie Aurelianus posuerat, cum sexcentis sagittariis occiderunt, Achilleo (Zosim. Antiocho) cuidam parenti Zenobiae parantes imperium. e medio sustulisse Palmyreni Sandarionem ut aversantem res novas et defectionem videntur.

p. 53 v. 12. de urbe Palmyra direpta epistola imperatoris apud Vopiscum (Aurel. 31) exstat.

ib. v. 14. Firmus sive Firmius quidam in Aegypto rerum novandarum auctor fuerat. vid. Vopisc. Aurelian. c. 32. idem in vita Firmi.

ib. v. 19. Τετρικον — μετὰ τὴν ἀξίαν μετῆλθε. id sub-obscure dictum. Tetricus non suppicio affectus, sed ubi in triumpho ductus fuerat, Lucaniae corrector praefectus ab imperatore est.

ib. v. 21. *Aurelianus monetam restituit*, teste Zosimo. mirum videri potest, quod eius rei nullum nec in numis argumentum nec memoria deprehenditur. sed referendum est ad seditionem a monetariis motam, qui nummos arroserant. Aurel. Viot. Caes. 34 6, add. Vopiso. c. 38, Eutrop. 9 14. *H.*

p. 54 v. 2. singulis panis silagineus datus. carnis quoque usum Aurelianus populo instituit. Victor epit. 35 ibi Salmasius.

ib. v. 6. "Ἐρως Vopisco (Aurel. c. 36) *Mnestheus* vocatur, notarius secretorum. caesus est imperator manu Muscaporis.

ib. v. 20. de Tacito of. Vopiscus in vita Taciti.

p. 55 v. 9. διώξαντες. ad avertendam ultionem caedis Maximi. Zonaras 12 28.

ib. v. 12. de Floriano, qui non senatus sed suo arbitrio imperium invaserat, v. Vopiscus in Floriano et Probo.

p. 56 v. 14. de Probo v. eius vita a Vopisco conscripta.

p. 57 v. 5. observante Scaligero ad Eusebium, Zosimi Saturninum Maurum facientis, contra auctoritatem Vopisci oriundum eum e Gallia dicentis, hallucinatio inde orta videtur, quod Saturninus Africam a Mauris occupatam liberaverat. Vopiscus c. 10.

ib v. 23. frumentariam hanc pluviam narrat etiam Zonaras, sed addita dubitandi formula, εἰ τις τούτῳ πιστεύεται. *Cellar.*

p. 58 v. 8. in *Logionibus* haerebunt mecum alii lectores. videntur idem esse, qui Lygii magis vulgato nomine, numerandi adeo, auctore Zosimo, inter Germanicos populos. memoravimus eos iam Tacitus Germ. 43, quo tempore ad Vistulam sedes habebant. progressi inde versus Pannoniae fines, fuere inter eos populos, qui Vannium regno inter Marum et Cusum flum. expulerunt. Tacit. Ann. 12 29. nunc incursarunt Pannoniā, a Probo repressi. iterum Suevos in Moesia infestarunt sub Diocletiano. Dio 67 5 ubi v. Fabric. *H.*

ib. v. 14. cum Burgundis, quorum hic mentio modo a Zosimo iniecta est, Diocletianus conflixit. Mamertin. Panegyr. c. 5.

p. 59 v. 11. Αύδιος. appellat eundem Vopiscus (in Probo c. 16) Palfurium.

p. 61 v. 15. de Isauris cf. idem l. c.

ib. v. 17. πόλεμον προκόπωντα. Vopiscus (Probo c. 17) praeter urbem Ptolemaidein Copton etiam, quam *barbaricum servitium* eripuerat, Romano imperio redditam a Probo esse tradidit. *barbaricum* illud *servitium* esse barbaros quos Blemmyas Zosimus dixit, mox ipse Vopiscus declarat; idem in reliquis etiam cum Zosimo conspirabit, si ingeniosam Salmasii (ad Vopisc. c. 17) coniecturam admitti placet, qui transpositis et mutatis verbis ita legit: τῆς κατὰ Θ. Πτ. ἀποστάσης βασιλέως, πόλεμον δὲ πρὸς Κόπτων ἀραιμένης, ἐπὶ βραχὺν χρόνον αὐτὴν τε καὶ τοὺς συμμαχῆσαντας εἰπῇ Βλεμμύας παρεστήσατο Πρόβος διὰ τῶν τότε στρατηγησάντων. malit praeterea verba ἐπὶ βραχὺν χρόνον ἢ ἐν βραχεῖ χρόνῳ μutare.

ib. v. 19. Vopiscus l. c. *centum milia Bastarnarum in solo Romano constituta.* hi fidem omnes servarunt. sed cum et ex aliis gentibus plerosque pariter transtulisset, id est ex *Gepidis Gautunnis et Vandalis*, illi omnes fidem fregerunt (c. 18).

ib. v. 22. ut a quibus locis Franci progressi sint teneatur, consulendus est Eumenii Paneg. Constantio Caes. dictus c. 18 3. minirum a Ponto correptis navibus Graeciam Asiamque populati ad Siciliam et sic porro versus Occidentem processere. H.

IV. LUDI SAECULARES (l. 2 c. 1—8).

Quae de origine et ratione ludorum saecularium Zosimus tradidit, eo magis nobis grata esse possunt, quo non modo diligentius et disertius verum adeo copiosius egit Zosimus de re, de qua ceteri scriptores parce et suminatim dixerunt in iis quae nobis supersunt. quae de origine eorum Valerius Maximus 2 4 scripsit, exactius cum Zosimo convenienter quam pro vetustate rei sperandum erat, adeo ut ex fonte eodem aut non multum diverso uterque scriptor sua haucisse videatur.

p. 63 v. 2. nolim tentare τὸ μέσον [cum R et Heumanno, quorum hic εἰς τόσον malebat, ille τὸ ὄλον]. tempus enim interiectum inter ludos saeculares explet vitam hominis, quanta esse potest longissima, ceterum mirari licet Romanos ipsos suorum saeculorum origines tam parum recte tenuisse, ut ludos Terentinos et Apollinares cum iisdem confunderent. H.

ib. v. 6. ἐν τῷ Σαβ. Valer. Maxim. l. c. *Valesius, vir locuples, vitae rusticae — habitabat in villa sua propter vicum Sabinae regionis Eretum,*

ib. v. 7. de luco, qui fulmine tactus sit, Valerius M. tacet. sunt et pauca alia, levia tamēn, quibus a nostro dissentit.

ib. v. 14. Valer. Max. *aquam calidam (Valesius) iūs a foro petens, genibus nixus, lares familiares, ut puerorum periculum in ipsis caput transferant, oravit, orta deinde vox est etc.*

quae vox, ut ex verborum et sensus ratione conjecturare licet, non ex luco, unde apud Zosimum venisse dicitur, sed ab ara audit a est.

p. 64 v. 11. dum id agit editor ut Maximi verbis Zosimea accommodet, ad emendationem delabitur, inserendo ov. sed uterque sibi relinquendus est: ita nihil desiderabimus. ignem utique secum portaverat *sacra facturus*: ὑπὸ καύματος de aestu *febris*, non de siti accipiam. ut itaque vim febris calida leniret, calefacturus est aquam; id quod defectu ligui in lintre facere non poterat. sunt vero plura in quibus discrepat Maximi et Zosimi narratio: prior illa maiorem spirat antiquitatis superstitionem, in primis in illo quod Valesius *solum videt sumare et aquam impositam calescere*; quo probabile fit veterem famam ad locum campi Martii spectasse igni subterraneo ardente; eiusmodi sane loca religionem habebant. sic mons Soracte, Amsancti vallis. H.

ib. v. 14. eam rem Valerius, nulla pastorum mentione facta, paulo diverse exponit. *Valesius enim audita voce pueros ad ripam Tiberis protinus detulit, ac lintre ostium petens nocte concubia ad Martium campum appulit. cito tamenque aegris succurrere cupiens, igne in navigio non suppetente, ex gubernatore cognoscit haud procul apparere sumum. et ab eo iussus aggredi Tarentum (id ei loco nomen est) etc.*

ib. v. 19. eadem Valer. Max. plenius exponit, *cupide arrepto calice, aquam flumine haustam, eo unde fumus erat obortus, iam laetior pertulit, divinitus dati remedii quasi vestigia quaedam in propinquuo nactum se existimans; inque solo magis fumante quam ulla ignis habente reliquias, dum tenacius omen apprehendit, contractis levibus et quae fors obtulerat nutrimenti, pertinaci spiritu flammam eromuit, calefactamque aquam pueris bibendam dedit.*

p. 65 v. 1. paulo clarius Valer. Max. ea tradit. *qua potata, salutari quiete sopiti, diutina vi morbi repente sunt liberati, patrique indicaverunt vidiisse se in somniis, nescio a quo deorum, spongia sua corpora pertergi et praecipi ut ad Ditis patris et Proserpinas aram, a qua fuerat potio ipsis allata, survas hostiae immolarentur lectisterniaque et ludi nocturni fierent,*

ib. v. 7. Valerius Maximus: *is, quod eo loci nullam aram viderat, desiderari credens ut a se construeretur, aram empturus in urbem perrexit, relicta qui fundamentorum constituendorum gratia terram ad solidum foderent, hi domini imperium execuentes cum ad viginti pedum altitudinem humo egesta pervenissent, animadverterant aram Diti patri Proserpineaque inscriptam. hoc postquam Valesius nuntiante serva accepit, omisso emendaee aras proposito hostias nigras immolavit.*

p. 66 v. 6. lectionem Onufrii Panvinii (de Iudis saecular.) *τευχοφόρου πεδίου, igniferum campum, confirmat Valerius Maxi-*

mus, cui campus ille vocatur *fumans solum*. inscriptio apud eundem Panvinium a Politiano ad antiquitatis formam ita redacta est: *P. Valesius Volusi F. Poplicola igniferum campum Diti patri aeternai q. Proserpinai consecravei, ludos q. eisdem dieis populi Romani salutis ergo fecesi.*

p. 66 v. 12. alteri hi ludi saeculares anno Varr. 353 assignati recte se habent, nam M. Potitus quartum consul erat inter Trib. mil. cons. pot. eodem spectant, quae Livius memorat lib. 5 13 ad en. 355, qui ipsi 356 est. mox v. 19 ἀνενεώσατο (ut legendum) Octavianus ludos, L. Marcio Censorino, C. Calvisio Sabino coss. a. 715. at qui praecesserant ludi, facti erant L. Marcio Censorino, Man. Manilio coss. a. 605, quo anno bellum tertium adversus Carthaginenses suscepimus. cf. Eutrop. 4 10 ubi v. Hearne. H.

ib. v. 20. observat ad hunc locum Sylburgius, cum Panvianis verbis congruere ea quae ad oram codicis Leunclaviani manu aliena adscripta sint; secutum esse Panvinium eos codices a quibus ista verba προτάσι. μὲν et τότε — Σαβίνοι pariter atque a codicibus iam collatis aberant. quinam autem sint illi codices, quando auctor loci in Panvinii libro Latine versi, sive sit Panvinius ipse sive Politianus, nusquam eius rei mentionem fecit, Sylburgio non liquere potuit. comparatis iis quae Valerius Max. de ludis saecularibus tradidit, manifestum fit a Panvinio plurima ex Valerio Maximo esse concinnata.

p. 67 v. 2. Ateius Capito adhibitus tanquam ICtus iuris pontificil peritissimus, de quo libros ediderat. v. Gell. 4 6. Macrob. Sat. 3 10. Claudius ludos saeculares celebravit U. C. 800. Domitianus 841. Severus 957. C. N. 204. H.

ib. v. 15. eandem praeoonis formulam recitat Herodianus 3 8 extr. cuius rei ratio est intervallum inter hos ludos 110 annorum, quod cum Claudius anticipasset, risui fuerunt eiusdem praecones. Sueton. o. 21. *Cellar.*

p. 71 v. 9. si fides Phlegonti Tralliano de Mirabilibus c. 4, ad Latinos ipsos pertinuit oraculum. de Latinis enim, Romanorum sociis, fide mutata orebra moventibus bella Sibylla cecinit, his ludis institutis fore ut defectionis poenam luentes in Romanorum redigerentur potestatem.

ib. v. 19. imp. Diocletianus et Maximianus VIII Coss. fuere a. U. C. 1057 a. C. 304. imp. autem Constantinus III. et imp. Licinius III. a. U. C. 1066 a. C. 313. H.

p. 72 v. 3. celebrandis ludis saecularibus certum tempus non videtur priscis temporibus fuisse destinatum, quoniam eos tantum calamitate rem publicam urgente, placandas deorum irae gratia, instituebant. in celebrandorum igitur ludorum tempore scriptores, mentionem eius rei satis incertae iniicientes, aliquantum variant, dum alii, lique maxima muniti auctoritate, celebra-

tionis annum centesimum decimum quemque prodiderunt, alii, in quibus Valerius Antias, Varro, Livius et Augustinus, centesimum quemque. Zosimo non centum, ut perperam Panvinius scribit, sed centum ac decem annorum intercessisse inter ludorum celebrationes singulas spatium sribenti (h. l. et o. 6) ad stipulantur commentarii 15 virorum apud Censorinum, Horatius carmine saeculari, et Acro in commentario ad idem carmen, quid inter eos sit discriminis, ex hac tabula intelligi poterit, ex Censorino (de die natali c. 17) aliisque scriptoribus confecta. priore loco tempora in 15 virorum commentariis notata adscripta sint, altero tempora ab Antiate et aliis tradita.

- 1) 295 u. c. M. Valerio, Sp. Verginio coss.
b) 245 a Valerio Poplicola, ut *Antias* tradit.
- 2) 408 M. Valerio Corvino iterum et C. Poetilio coss.
b) 305 *Antias*.
- 3) 518 P. Cornelio Lentulo et C. Licinio Varrone coss.
b) P. Claudio Pulchro, C. Iunio Pullo coss. *Antias* et *Livius*.
c) in tabulis Capitolinis ita huius temporis ludi designantur: *ludi saeculares tert.* M'. Aemilio. M'. F. M. Livio. M. F. M. N. Salinatore Mag. x vir.
- 4) 628 M. Manilio Lepido et L. Aurelio Oreste coss.
b) 605 L. Marco Censorino, M. Manilio coss. *Antias*, *Varro*, *Livius*.
c) 608 Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummius Achaico coss. *Piso*, *Gellius*, *Cassius*, *Heimira*, qui illo tempore vixit.
- 5) 737 C. Furnio, C. Iunio Silano coss. celebrati sunt ab Augusto et Agrippa, et carmen saeculare ab Horatio compositum fuit.
b) L. Censorino et M. Manilio coss. *Zosimus*.
- 6) 800 Tib. Claudio Caesare 4 et L. Vitellio coss. celebratio facta non iusto sed praecepto tempore, ita ut non maius quam 68 annorum interpositum spatium esset.
- 7) 841 Domitiano 14 et L. Minucio Rufo coss. neque his ludis suum et iustum tempus fuit: nam praeterlapsi modo erant post ludos ab Augusto institutos 104 anni.
- 8) 957 Cilone 2 et Libene coss., imperatore Severo. ludi saeculares, quanquam neglectos eos post Severi aetatem fuisse *Zosimus* scribit, nondum in desuetudinem abierunt: celebratio enim eorum memorata est, tempore legitimo neglecto.
- 9) 1000 u. o. Philippo patre 3 et filio 3 coss. apud Eutrop. 9 3, Cassiodor. et Euseb. Chron. et item in numis. quod Panvinio tradente in numo aliquo legitur, *Gallienus Aug.*; ab altera *saeculares Aug.*, id neque cum temporis ratione congruum est neque alicuius scriptoris testimonio auctoratem accipit.

10) Honorio Aug. 6 cons. ducentis annis quam a Severo insti-
tuti fuerunt. Claudio. Panegyr. in 6 cons. Honori.
de ludis saecularibus *Panvinius* librum singularem vulgavit, et
P. Taffinus de anno et ludis saecularibus. ex numis eam rem
illustravit *Spanhemius* de praest. num. t. 2 p. 123—131. eidem
explicandae operam dederunt commentatores in Horatii carmen
saeculare, *Vossius* de Sibyll. Orac. c. 9 et *Politianus* Misell.
1 58.

p. 72 v. 5. ludos saeculares neglectos fuisse similiter con-
queritur Victor Caes. c. 28: *nostra quoque aestate, post mille cen-*
tesimus consule Philippo excessit, nullis, uti solet, solennibus
frequentatus: adeo in dies cura minima Romanae urbis.

V. CONSTANTINUS (l. 2 c. 8—39).

Historiam Constantini delineanti Zosimo praeivit Eunapius:
huic vero qui et quales fuerint duces, etsi auctore Sozomeno 1 3
illius aevi non fuerit historicorum penuria, ignoratur tamen
omnino, ut ne coniectando quidem eos reperire liceat, siquidem,
praeter Praxagoram, gentilium historiographorum, quibus haud
dubie solis Eunapius fidem habuit, nullum aliud ad nostram me-
moriā duravit nomen. quam presse Eunapium secutus sit Zo-
simus, id, cum nullum superstes sit fragmentum Eunapii huc
faciens, comparando intelligere et diiudicare iam non licet: ex
Photio tamen, qui utramque legerat historiam, satis constat Zo-
simum modestiorem in Constantiū, non eadem atque Eunapius
acerbitate eum et vehementia exagitasse. ne tamen fidem Zosimi
in hac historiarum parte maxime suspectam possimus rite et sub-
tiliter explorare, id vetant cum alia, tum ceterorum scriptorum
qui de Constantino scripserunt auctoritas levis ac dubia, tum
narrationum brevitas et consilii diversitas. habemus Eutropium,
Victorem utrumque, anonymum Valesii, Orosium, Zonaram,
non historicorum sed epitomatorum numero censendos, et Euse-
biūm, Lactantium, Philostorgium, Socratem, Sozomenum, Theo-
odoreum, Evagrium, Christianorum, non rei publicae Romanae
res tradentes; praeterea nobis sunt Panegyrici, Iulianus, Liba-
nius, ad alia quidem utiles, a consilio tamen historiae componen-
dae abhorrentes. in tam parum laeta historicorum nobilium
segete, clarum ac perspicuum est ex iis scriptis quae temporum
supersunt iniuriae exiguae utilitatem ad fidem Zosimi diudi-
candam redundare; quam si in aliis ferendam dixeris iniquam
sortein, minime tamen temporibus Constantini, rerum memoran-
darum copia fecundis et narrationis diversitate et fidei malae
suspicione vexatis, accidisse vellemus.

ib. v. 7. *Diocletianus* privatus vixit annis octo inde ab a.
305, vitam finiit eodem a. 313, quem modo adscriptissimus. nullo

igitur modo τρισὶ διαυτοῖς defendi potest, nisi Zosimus peccavit in numero annorum, ut istos coss. Constantinum III et Lici-nium III anno 310 assignaret. sed probabilius fit librarium γ pro η scripsisse, cum ad depositum imperium c. 7 Zosimus re-spezisset. *H.*

p. 72 v. 10. etiam Africam et Pannoniam auctore anonymo Valesii. Severo occiso Maxentius, provincias eius suae facturus formulae, imagines iussit suas, uti mos erat, in Africa circum-ferri et exponi. vid. c. 14 init.

ib. v. 13. Zosimi aliorumque testimonium, ex illegitimo Constantinum esse natum consortio, elevare et scriptorum con-trarium tradentium auctoritatem stabilire studuit Tillemontius, qua tamen nihil ultra effectum cernimus quam ut probabile fa-cutum sit nuptias postea celebratas matri eius legitimae ius coniu-gis dedisse.

p. 73 v. 2. incisos equorum a Constantino fugiente nervos esse, etiamsi fabulae similis videatur res et apta ad movendam fugae suspicionem, non modo tradit Zosimus (id quod opinatus est Gibbon. t. 1 c. 14 not. 13, irridens Zosimi narratiuculam ut ab eo fictam) sed etiam Aurelius Victor et anonymous Va-lesii.

ib. v. 8. militibus a patre commendatum fuisse Constanti-num, tum alii tum Eumenius aperte tradit Paneg. c. 7: manife-ste enim patris sententia electus es imperator, et c. 8: illico enim atque ille terris fuerat exemplus, universus in te consentit exerci-tus: te enim mentes oculique signarunt. Constantino a patre ipso commissum et traditum imperium ait anonymous Bianconii in chron. p. 117.

ib. laudat eum quoque Praxagoras, qui praeter alia scri-pta vitam Constantini composuit, quam excerptam exhibit Pho-tius cod. 62. *Ritter.*

ib. v. 10. cf. *Tillemont.* t. 4 p. 619. improbata hac mil-i-tum electione a Galerio et negato imperatoris nomine, Constanti-nus ad Caesaris depulsus dignitate postea auctore Maximiano Herculio titulum Augusti sumpsit.

p. 74 v. 16. Eutropius ex eoque Hieronymus in Chron. Eu-sebii et Aurel. Vict. Ravennae interfectum Severum scribunt; Epit. Victoris *Romae ad tres tabernas* extinctum. Zosimus lucem aliquam afferre videtur; Severum desertum a suis Raven-na, urbem munitionem, configuisse, inde Herculii blanditiis per-tractum ut Romam veniret, in itinere in insidias incidisse eo loco qui ad *Tres Tabernas* dicitur, at *Tres Tabernas* Fori Appii ultra urbem sunt Terracinae euntibus: Severus autem Ravenna dece-dens prius in Terracinae tractum pervenit quam Romanum? ego autem non dubito illas tres Tabernas in agro Ravennate fuisse, neque aliter posse colligi ex verbis Zosimi. alterum autem Victo-

rem deceptum ó̄m̄v̄p̄l̄ḡ loci putasse eas esse Tres Tabernas, quae sunt ad Forum Appii. Scaliger ad Euseb. n. 23. *Cellar.*

p. 76 v. 3. naotus est Licinius uno die utramque dignitatem, Caesaris et Augusti, nullo temporis inter eas aditas intercedente intervallo, contra vulgarem constantemque consuetudinem, qua non simul sed diversis ac distantibus conferri temporibus solebant. contra Lactantii vero Eusebii et Orosii auctoritatem, anonymus Valesii affirmat tunc demum Licinium a Galerio dictum Augustum esse, cum ex Italia, ubi ipsi comes fuerat in expeditione adversus Maxentium, redux fuisse.

ib. v. 6. inita inter se amicitia Maximinus et Licinius provincias, quarum nonnullas ille iam praeoccupaverat, ita sunt partiti ut angustiae Chalcedonenses pro terminis essent. Euseb. 9 6, Lactant. 45 39.

ib. v. 10. unde istos Maximianus habuerit milites, non liquet. R. sunt Constantini milites, quos ille ad defectionem pellexit. H.

ib. v. 13. Tarsi obiit Maximinus (c. 17), non Maximianus Herculius, quem errorem, eadem nominum similitudine deceptus, Socrates erravit. detectis insidiis quas genero suo Constantino Herculius paraverat, ubi Massiliam fuga evaserat, laqueo finiit vitam. ita tradunt Lactantius, Eusebius, et qui sunt minoris auctoritatis scriptores.

ib. v. 14. quantum hic sit ordo temporum perturbatus, intelligi poterit ex mox annotatis.

ib. v. 16. vide hanc in rem disputata ad l. 4 C. Th. Ne quid publ. laetit. et ibi alia loca. etiam hoc libro c. 9 supr. de imagin. Constantini. *Ritter.*

ib. v. 17. discimus ex hoc loco non modo Galerium, cuius supra iam memorata fuit mors, adhuc in vivis fuisse, quod milites studio eius egisse dicuntur, sed etiam Africam Severo interempto dicionis fuisse eiusdem Galerii. in proximis ante capitibus multae res perturbate et sine accurata temporum notatione sunt positae, quas, si suo ordine collocandae essent, ita disponi oportet. anno 306 Constantino ad patrem in Britanniam prefecto, imperioque ei a militibus imposito, Maxentius invidia flagrans et ambitione ad res novas stimulatus regnum Romae occupat (18). anno insequenti (307) cum ad eum tyrannide deliciendum Severus Caesar in Italiam iussu Galerii profectus, male gesta, moenibus Ravennae se defensaret, a Maximiano fide data deceptus occubuit. quo facto Maximianus amore regni inoensus, relicto Maxentio filio, ad Diocletianum se confert et ad capessendam iterum rem publicam eum conoitat. quo aversante imperii molem, Maximianus ad Constantium in Gallia degentem se recepit (c. 10), Galerio interim suscipiente adversus Maxen-

tiūm expeditionem, quae non magis ei quam ante Severo ex votis successit (c. 10 p. 74 v. 20). Maximianus reversus ad filium ab alienandis ab eo militum animis comparare sibi eius regnum frustra tentat (c. 11 p. 76 v. 7). Licinius a Galerio in consortium regni vocatur (c. 11 p. 76 v. 3). Maxentius a vi et impetu adversariorum satis tutus Africam suo regno adiungit (c. 12 p. 76 v. 15 sqq.), quam Alexander ibi copiis praefectus mutata fide dictioni eius subtrahit (c. 12 p. 77 v. 14). intercedente morte Maximiani Herculii anno 310 (c. 11 p. 76 v. 13) et Galerii anno sequente 311 (c. 11 p. 76 v. 5) Maxentius quidem, defectione Alexandri oppressa, Africam recuperat (c. 14), ipse autem anno 312 a Constantino victus est (c. 15. 16). Constantinus victor anno 313, Licinio in matrimonium data sorore, ad Gallias redit (c. 17 p. 81 v. 17). Diocletianus diem obit supremum (c. 8 p. 72 v. 7), et eodem anno Maximinus, cum a Licinio proelio victus fugeret (c. 17 p. 82 v. 4). anno 314 bellum inter Constantinum et Licinium oritur (c. 18 sqq.).

p. 76 v. 20. *ἴκαναις δύναμεσι; non tentandum* *). *Maxentii* copias eas esse per se intelligitur, et ex ipso facto patet eas *satis validas* fuisse. rerum autem ordo sic procedit. Afri et Carthaginenses detrectarunt Maxentii imperium, fide et benevolentia in Galerium obstricti. Alexandriam occupare voluere, eo utique consilio ut suarum partium praesidium illud haberent; re frustra tentata, quod urbs forte a Maxentii copiis tenebatur, spe sua defecti Carthaginem rediere. Alexander praefecti Africæ vicem a Galerio mandatam habuisse videtur; quem cum Maxentius primo opprimere voluisse, consilio deposito mox ab eo postulavit ut fidei saltem obsidem sibi daret filium. at Alexander perfide omnia agi a Maxentio intelligens, recusavit dare. *H.*

ib. v. 21. quae Zosimus tradit, obscura sunt et forsitan hoc modo extricari et illustrari possunt. milites qui Carthaginem essent, aut partem eorum, cum studio Galerii imagines Maxentii hande admisissent, iram eius veritos Alexandriam, quae Galerio parebat, se conferre voluisse, repulsos autem in itinere a Maxentii copiis, sive eae modo traiecerant sive manserant in fide, redisse Carthaginem, unde exierant.

p. 77 v. 17. *Τύχης ναός.* vid. Valesius ad Marcellin. 16
10. *Ritter.*

p. 79 v. 10. dissident Zosimus Eumeniusque de numero peditum equitumque. hic centum milia armatorum a Maxentio et quartam modo eorum partem a Constantino ductam ad bellum tradit: Zosimus etiamsi invidiae non minus quam Eumenius adulatioonis suspectus credi possit, fide tamen praestare debet,

*) *ἴκαναις* malebat R.

quod probabiliorem numerum eumque diligentia et cura maiori tradidit.

p. 79 v. 20. hanc fraudem, cui neque structurae pontis ratio satis apta videtur neque scriptores aequales testimonii suis fidem faciunt, posteriores aetate historici rumore aliquo incerto accepto tradere videntur.

p. 81 v. 14. sugillationis et calumniae crimen hoc loco in Nazarium imperatoris laudatorem, potius quam in Zosimum, quem eius vulgo perhibent obtrectatorem, conferri potest. ille in panegyrico (c. 6) omnes, ait, qui labefactare statum eius poterant, *cum stirpe deleti* sunt.

ib. v. 15. ex Aurelio Victore (c. 40) intelligimus *sublatas penitus esse legiones praetorianas, simul arma atque usum induimenti militaris*, ut adeo numeris legionum aliarum non sint adscriptae.

p. 82 v. 1. ἐνὶ Κελτούς. ad repellendas Francorum Germanoru[m] inque incursiones. Panegyr. 6.

ib. v. 5. collectis in Oriente copiis Maximinus sive Maximianus (confundunt enim etiam alii scriptores haec nomina) Tarso in Aegyptum cum profecturus esset, hausto ante veneno periit. Lactant. persec. 49.

ib. v. 13. anonymo Valesii auctore, Constantinus habuit peditum (nam equitum numerus non traditur) viginti milia.

p. 84 v. 22. iam ante pugnam alteram de pace ad Constantium Licinius miserat, audieratque in condicionibus etiam ferri deiectionem Valentis a dignitate Caesaris. Anonym. Vales. Ritterus addit Petr. Patricium in Exc. Leg.

p. 85 v. 1. post Cibalense proelium itaque Constantinus Macedoniam obtinuit. vid. l. 4 de extraord. in Comment. Ritter.

ib. v. 6. Crispo Constantino et Licinio non eodem, quo pax iuita anno Caesaris dignitas data est, sed tribus-decum post eam annis (a. 317). cf. Tillemont.

ib. v. 7. ἐκ παλλακῆς. idem confirmant Victor et Zonaras, aliter tamen de ea re sentit Du Cange fam. Byzant. p. 46. cf. Spanhem. ad Julian. Orat. 1 p. 64.

ib. v. 9. ἐν Ἀρατάρᾳ. vid. l. 5 cod. Th. de appell. nat. h. Ritter.

ib. v. 13. cum Sarmatis saepius Constantinus conflixit; cf. Optatianus c. 23. R. *Sarmatae* seu verius *Gothici generis populi* (nam Carpi et Getae memorantur ab Optatiano), neglectos limites superarunt, Thraciam Moesiamque populati. referenda res ad a. 321, cuius anni numi sunt cum elogio: *Sarmatia devicta*. sed Iudi Gothici acti anno sequente m. Februario, unde huic anno adscri-

bitur ea calamitas a Tillemontio et Gothofr. Cod. Theod. Chronol. h. a. *H.*

p. 85 v. 16. haec Gothis tribuit auctor incertus de vita Constantini ad calcem Ammiani Valesiani. vid. ibi Valesius. huic pertinere videntur Constantini numi cum inscriptione: Victor Goth. *Ritter.*

p. 86 v. 17. tradente anonymo Valesii, Licinius aegre ferens Constantinum, cum bello Gothos persequeretur, iter per ipsius fecisse terras, foedere rupto bellum movet.

p. 88 v. 2. occulte transiisse flumen videntur milites et aptum insidiando cepisse locum: nam si in citeriore ripa locati in insidiis fuissent, vix pateret quae eis adoriendi hostem alteram ripam incidentem fuisse facultas.

ib. v. 20. bello maritimo Crispus etsi non praefuerit, ut anonymous Valesii tradit, saltem interfuisse videtur.

p. 89 v. 2. *Ἄβαντος Amandus est.* v. *Exc.* Vales. de Constantino p. 660 ad calc. Ammian. *H.*

ib. v. 21. non satis perspicua est *pugnae navalis* narratio. *Hellesponi* aquas rapido cursu versus Aegaeum ferri nota res est: Austri itaque in petu exorto eas repressas valde furere necesse est. Amandi classis Asiae littus, *Αλάντιον* (potius *Αλάντειον*) *λιμένα*, obtinebat, Rhoeteo promontorio Troadis subiectum; arbitror a tumulo Aiakis dictum. cf. Strabo 13 p. 890 A. statu- nem parum tutam fuisse hoc ipsum arguit, quod Austro ingruente littori allisae et infictae sunt naves. ex Zosimi narratione tem- pestatis vi tota clades illata. quod Gibbon. t. 1 p. 446 Crispum classe in hostem invectum narrat, de suo adieciisse videtur: nec enim plura suppeditat anonym. Vales. l. c. *H.*

p. 91 v. 3. *Κατσαρα.* Augustum eum vocant anonymous Valesii et numi.

p. 92 v. 1. computo facto secundum numerum militum supra traditum, Licinium proelio centum milia amisisse necesse est; anonymous vero Valesii quartam eorum tantum partem ceci- disse narrat.

ib. v. 3. *Χαλκηδόνιοι.* vid. Comm. ad l. 4 de extraord. sive sordid. et l. 1 de veteran. ibique Pagium. *Ritter.*

ib. v. 9. de more dierum natalium apud Persas celebран- dorum vid. Herodot. 1 p. 60 ed. Wesseling. Athenaeus 4 p. 143 F.

ib. v. 12. crudelem foedumque Persarum morem excoriandi homines vivos observat Ammianus 23 6. d'Orville ad Charitonem p. 127.

p. 93 v. 12. de Hormisda eiusque ad Constantinum ad- ventu quae Zonaras (13 5) tradit, diversa sunt ab eis quae Zosimus habet, verum non minus fabulae prae se ferentia spe- ciem.

p. 94 v. 2. contra fidem datam occisum Licinum esse pauci negant, in quibus Eusebius ob veri quidem cognoscendi opportunitatem probabilis testis, ob studium tamen imperatoris suspectae fidei.

ib. v. 7. cf. Zonaras 13 1 et Comm. ad L. 1 c. Th. de paganis.

ib. v. 8. haruspicibus fidem ab imperatore habitam esse quaedam leges ab eo datae testantur. vid. l. 1 cod. Th. de pag. sacrif., anno 321 lata; cf. ibi Comm. Gothofred. instituenda vero haruspicinae in locis publicis copiam fecit superstitiosis. vid. L 1 et 3 cod. Th. de maleficiis.

ib. v. 11. vide ad hunc locum insignem Códini de Origg. p. 34 ed. reg. Chrysostom. Homil. 15 ad Philipp. p. 318 mira de Fausta, nimirum illam nudam expositam fuisse feris a Constantino. vide ibid. notas Bern. de Montfaucon. *Ritter.* suspicatur Gibbonius, loco quodam Monodiae motus, Faustam, quam veteres scriptores ad unum omnes ab Constantino necatam dicunt, non esse caesam, sed fuga vitasse et imperatoris iram et vitae periculum.

p. 95 v. 1. in excutiendo hoc loco memorabili et fidei Zosimi infestissimo ne disputatio nostra aut evagetur aut implicetur, rerum summa ad duo capita revocabitur, primum verane sint an falsa quae de Constantini conversione ad Christianum cultum Zosimus dixit, deinde, si ea intelligantur esse commenticia, ut putant, num is in culpa versetur calumniae sugillationisque an ignorationis et incuriae. caedis factae reum fuisse Constantimum, et cogita occisorum innocentia paenitusse ipsum facti, non modo probabilitatis rationibus sed scriptorum etiam veterum testimonialis confirmatur. eundem vero consicum sibi tantorum criminum agitatum ita esse conscientiae stimulis, ut expandi criminis et cruciatuum animi tollendorum causa, deposito metu ne indicium confessionis suae scelerum in vulgus emanaret, adierit flamines et lustrationis ope abluerre maculam voluerit, id dubium et fictum in laudem sacrorum gentilium videri potest. maior insuper suspicio iest iis quae subiiciuntur, flamines illos, neque dignitatis eius qui petebat lustrationem neque periculi sibi ob eam non datum imminentis ratione habita, criminibus tam atrocibus, quae expiari cuperet, expiationem denegasse, neglexisseque occasionem retinendi firmandique imperatoris fidem in sacrorum gentilium culta. ea etsi satis habere et fidem elevandam momenti videantur, tamen occurri iis potest rationibus et argumentis satis validis et firmis. primum cum ea animi furii agitati nature sit ut angorem conscientiae tollere et delere memoriam flagitii avide appetat, res mira atque fide indigna non est, si Constantinus, cui mens erat superstitione contacta, ad sacra gentilium, nondum prorsus ab eo contemptui habita, sedandi doloris causa con-

fugit, atque confitendo flagitiosa facta maiestatemque submit-tendo flaminum praeceptis lustrationis ab iis petuit caerimonias. deinde sacerdotes quos adiit, responsum ei quamvis imprudens, iustum tamen et de iure ritibusque lustrationis dederunt. nam qui criminibus atrocioribus, veluti parricidio sacrilegio, pollutos haberent animos, iis nullus erat expiationis modus, cum ex vetu-sto more seu potius ex mente prudentum hominum, qui priscis temporibus legum vi institutorumque commodis ad humanitatem a fera immanique vita barbaras gentes deduxerant, tum ex ipsius Platonis sententia, quam seriorum aetatum homines, studio phi-losophiae Platonicae dediti, non adscivisse modo sed severiore etiam aliqua interpretatione ita explicuisse videntur, ut criminum quea expiari possent numero imminuto, pauciora tantum lustratione tolli censerent (cf. Spanhem. ad Julian. p. 259). quid igitur de Sozomeno 1 3 dicam, qui ut lustrationis a Constantino postulatae et cum eo non communicatae famam inter gentiles celebrem refutet, Herculem quamvis caedis noxa contaminatum, lustrationis tamen copia facta expiatum fuisse obiicit, eaque re convinci gentiles mendaci putat? quod quidem exemplum vix quicquam potest ad convellendam Zosimi fidem habere momenti, cum non modo de lustrationis usu homines priscorum et seriorum temporum diversa senserint, verum etiam res ipsa et causa nimis dispar sit. ceterum si verum esset quod idem Sozomenus addit, famam increbuisse inter gentiles, Constantimum petuisse a Sopatro philosopho ut lustrarentur crimina a se commissa, con-staret ratio aliqua probabilis denegatae expiationis: ex praeceptis enim philosophiae Platonicae dare lustrationem piaculi illius atrocis Sopater non potuit. at si nobis largiantur propugnatores Constantini et petitam ab eo lustrationem et denegatam a flaminibus esse, non aeque tamen faciles erunt in admittendis iis quae de religione Christiana cum imperatore communicata Zosimus dixit, et falsum quid inque imperatoris invidiam fictum esse con-tendent, quod Constantinus Aegyptio quodam auctore, qui ei innotuerat per mulierculas regias, spe facta novis sacris adsci-scendis aboleri qualiacunque crimina, Christo dedisse fidem fer-tur: in Constantino tamen, homine modo facinoroso modo super-stitioso, non mirabimur, si non veris cultus Christianorum divini rationibus, sed casu aliquo fortuito et causa non satis honesta ad eum amplectendum fuit adductus, aut, si iam ante in eum incli-nato erat animo, totum se Christianis addixit. potuit doctrina illa vulgata inter ethnicos, amplectenti fidem Christi omnis pec-catorum generis veniam fieri, ita esse efficax ad aegrum imperatoris animum levandum, ut cognita ea a Christianis sibi peteret auxilium speratum, aut saltem propensior in eos quam ante erat fieret. neque magis ab omni probabilitate alienum aut per se falsum potest dici, quod Aegyptius quidam Constantino ample-
Zosimus.

ctendi fidem Christianorum auctor exstisset narratur. obscurum vero est quinam fuerit ille Aegyptius, num in Aegypto natus homo, an magus quidam qui ex Hispania venerat, id quod Baronio (t. 4 p. 38) visum, qui significationi illi vocis *Ἄγνωτος* ex locis Act. 21, Ioseph. Antiq. 20 6, de bello Iudaico 2 12, Porphyrii Vita Plotini, patrocinatur.

Ad fidem Zosimi et impugnandam et vindicandam haec fere sunt ex re ipsa arcessita. est vero aliud argumentum extrinsecus petitum, quod si probatum fuerit, narrationis fides omnino prostrata erit. proditum enim est memoriae ab Christianis Constantinum non placulo in uxorem et filium admissos, sed multis ante annis proficiscentem adversus Maxentium, signo caelesti, sive vere illo sive, ut alii tradunt, per somnum viso, commotum ac divinitus monitum, sacris maiorum missis ad Christianos eorumque religiouem accessisse. quae quamvis multorum auctoritate nitantur et testimoniosis, non officient tamen scriptoris nostri existimationi ac fidei, quoniam, si ad verbum accipiuntur, ipsa miraculi ostentatione elevantur: quando autem detractis iis quae miraculi prae se ferunt speciem, statuere licet imperatorem tempore illo quo divino eum signo ad sacra Christianorum adoptanda impulsum credunt, quacunque de causa ad rem Christianam magis inclinatum fuisse et Romanorum odia in Christianos coercuisse, ne sic quidem quicquam in ista narratione inest quod obesse Zosimo eiusque fidem convellere possit. non enim subito religionem mutavit imperator, sed sensim a caeremoniis maiorum defecit, ita ut primum in Christianorum plebem mitigatus ab iniuriis eam tueretur atque imponeret persecutionibus finem, deinde, cum Christianis factus magis amicus non amplius inter utriusque religionis cultores staret medius desertor sacrorum gentilium fieret et palam, quid de religionibus sentiret, legibus promulgatis declararet. ita lensus ille et occultus imperatoris ad cultum Christi divinum transitus variis hominum sententiis et narrationibus locum dare potuit, ut alii maturius alii paulo serius Constantium Christianorum numero accenserent. quae igitur Zosimi potest esse reprehensio, si postquam legibus pro Christianis latissim de Constantini ad religionem Christianam accessu publice constare coepit, eo tempore eum defecisse a ritibus priscis scribit, id quod ab anno 324, Licinio e medio sublato ipsoque Constantino solo orbis Romani domino constituto, factum esse constat (vid. Moshemii Inst. H. Eccl. saec. 4). ita non est quod mendacii eum aut falsi arguamus. verum alia eum premit difficultas, quae non ita faciliter excutietur negotio. etenim cum non victo Licinio, quod a. 324 factum, sed commissa Faustae et Crispi caede adeoque a. 326 expiationem imperator petuisse et negata ea ad Christianos transiisse dicatur, manifestum est mutationem illam sacrorum nimis sero a Zosimo tradi, cum anno

iam superiore 325 Constantinus rebus Christianorum ordinandis in primis in concilio Nicaeensi operam dederit. concidet igitur aut vacillabit fides eorum quae Zosimus hoc loco tradidit, nisi ea ita accipi et explicari velimus, ut statuamus Constantimum, iamdudum ab aliquo Christiano ad ipsius religionem pellectum, ubi necessariis necatis animus eius excruciaretur, quasi desperatis rebus, conscientiae doloribus sedandis opem a patriis ritibus petuisse, spe Iustificationis autem adipiscendae destitutum Christianorum fidei totum se in posterum dedidisse.

Utcunque autem se habet narratio ea, sive errore animi orta sive calunnia etiam conficta, pro commento tamen Zosimi non habenda erat. increbuit enim ea, ut ex Sozomeni loco quodam huc transcribendo discimus inter homines gentiles iam ante aetatem Zosimi. οὐκ ἀγνοῶ δέ (inquit Sozomenus 1 3) ὡς Ἐλληνες λέγουσι Κωνσταντίνον ἀνελόντα τινὰς τῶν δυγγυτάτω γένους καὶ θανάτῳ Κρίσπον τοῦ ξαυτοῦ παιδὸς συμπράξαντα μεταμεληθῆναι καὶ περὶ καθαριοῦ κοινώσασθαι Σωπάτρῳ τῷ φιλοσόφῳ καὶ θεῖνο καιροῦ προεστῶτι τῆς Πλωτίνου διαδοχῆς, τὸν δὲ ἀποφήνασθαι μηδένα καθαριοῦ εἶναι τῶν τοιούτων ἀμαρτημάτων, ἀδημονοῦντα δὲ τὸν βασιλέα ἐπὶ τῇ ἀπαγορεύσει περιτυχεῖν ἐπισκόποις, οἱ μετανοία καὶ βαπτίσματι ὑπέσχοντο πάσης αὐτὸν ἀμαρτίας καθαρίειν, ησθῆναι τε τούτοις κατὰ σκοπὸν εἰρηνός καὶ θαυμάσαι τὸ δόγμα καὶ Χριστιανὸν γενέσθαι καὶ τοὺς ἀρχομένους ἐπὶ τούτῳ ἀγαγεῖν. in Caesaribus Iuliani locus est simile quid indicans, in quo Constantinus ad Luxuriem ducitur, ἵνα καὶ τὸν υἱὸν εὑρὼν ἀναστρεψάμενον καὶ προσαγορεύοντα πᾶσιν ὅστις φθορεύεις, ὅστις μιαιφόνος, ὅστις ἐναγῆς καὶ βδελυφός, ἵτω θαρρῶν· ἀποφανῶ γάρ αὐτὸν τούτῳ τῷ ὄνται λούσας αὐτίκα καθαρόν. καν̄ πάλιν ἔνοχος τοῖς αὐτοῖς γένηται, δῶσω τὸ στῆθος πλήξαντι καὶ τὴν κεφαλὴν πατάξαντι καθαρῷ γενέσθαι" (cf. Zosim. 4 59). haec autem ex Zosimo sumpta esse nequeunt ut pote scriptore multo seriore: intercedit etiam diversitas narrationis. Zosimus quidem flaminee aditos Iustificationis causa et Aegyptium quendam imperatori religionis novae adsciscendae auctorem extitisse scribit, Sozomenus vero episcopos nominat et pro flaminibus Sopatrum philosophum. itaque in Zosimum haec una reprehensio cadit, quod rem non satis diligenter exploratam, quamvis specie veram pro vera repetiit.

p. 95 v. 13. in animo habere videtur ludos Capitolinos, in quibus triplex certamen erat, musicum equestre gymnicum.

ib. v. 17. mutatae sedis causas produnt scriptores diversas, plerasque improbables, veluti caeli salubris desiderium, delectationis studium, oraculi admonitionem, aut ambitionem, quae fortasse verissima est: quam autem ipse causam urbis novae condendae sibi fuisse refert (l. 7 de navicular. c. Theod.), deo iubente id factum, ea haud dubie minime vera putanda est. po-

tuere tamen acerba in imperatorem iactata, secundum alias causas potiores, eum impellere ut aliam sibi sedem quaereret. audisse eum male apud Romanos vel Libanii locus or. 1 p. 12 ed. Morelli indicio esse potest: (Constantinus) εύδοκιμῶν τῷ τῶν Πωματῶν δῆμον ἐνεγκεῖν ἀγροικισάμενόν τι φῆμα· τὰ μὲν γὰρ εὐ ποιῶν ἡγεγκεν.

p. 96 v. 2. si fides Zonarae est 13 3, sedem suam imperator Sardicam Sigeum vel Chalcedonem facturus, cognitis Byzantii opportunitatibus et commodis, mutato consilio Byzantium urbem imperii sedem fecit.

ib. v. 3. de situ et regione circumiacente urbis Byzantii cf. Polyb. 38—44, et de urbe Herodian. 3 init.

ib. v. 8. Severus balneum Zeuxippi exstruxit, de quo vid. l. 52 c. Th. de oper. public. et ibi citatos. *Ritter.* cf. Zosimi 1 8 et Suidas v. *Severus*.

ib. v. 13. vid. l. ult. de calcis coctōr. Sylb. ad oram edit. suaes Νεώριον, ubi porta νεωρίου, nunc Hebraea. *Ritter.*

ib. v. 17. quod forum Zonaras vulgo πλατατὸν vocari dicit, quippe quod esset πλατὶ λιθίνοις κατεστρωμένον. *Edit.* *Oxon.*

ib. v. 18. στοαις διστρεγέσι. vid. l. 52 de oper. publ. *Ritter.*

ib. v. 19. Proeconnesio marmore. Προικόννησος insula Propontidis πόλιν ἔχουσα καὶ μέταλλον μέγα λευκοῦ λίθου σφρόδρα ἐπαινούμενον. Strabo 13. adde Plin. 5 extr. qui etiam Proconnesum scribit sine diphthongo. *Cellar.*

ib. v. 21. vid. l. 11. 12 cod. Th. de ann. civ. *Ritter.*

p. 97 v. 2. vide ad illustrationem huius capitatis Codinum de originibus Constant. init. *Ritter.*

ib. v. 14. vid. Comm. ad l. 1 de oper. publ. *Ritter.*

ib. v. 19. fortunae simulaeorum. vid. Spanhem. ad Iuliani Orat. 1 p. 31. Themist. Orat. 3 p. 42. Codin. Orig. Constant. p. 24. 162.

ib. v. 20. indicante Anonymo Bianconii p. 128 viris dignitate ac nobilitate conspicuis, quos Roma et aliis locis ad novam urbem imperator evocaverat, aedificia magna sunt exstructa.

ib. v. 21. quanquam copias non eduxit Constantinus, fuga tamen et castrorum vallo quaesisse salutem a Zosimo traditur, cuius narrationis, aliorum testimoniis quoque adversantis, obscuritatem aliquo dispellit modo interpretatio Ritteri (ad *Guthrii Hist. Univ.* t. 5 p. 1 p. 5 not. f), qui non proelium sed nocturnum impetum a barbaris factum et partem praetorianorum ($\tauῆς δυνάμεως$) caesam fuisse putat.

ib. p. 98 v. 4. vid. l. 1 de excusat. artific. *Ritter.*

ib. v. 5. haec imperatoris liberalitas publica observata quoque est ab aliis. in his Socrates 2 13 octo myriades $\sigmaτῶν$ distributas quotidie fuisse scribit, quod de pane, non de modio

interpretandum videtur. auctore Anonymo Bianconli p. 127 non modo panis distributus est, quem *palatinum*, hoc est in palatio confectum, vocabant, sed etiam viritim caro vinum et anima-
lia. *R.* de perniciosa hac Constantini largitione, qua desidio-
sam et seditiosam plebeculam aluit, cf. Eunap. Vit. Soph. p. 41
in Aedesio. *H.*

p. 98 v. 7. διελύετο. cf. Themist. or. 8 p. 47.

ib. v. 13. de praefectura praet. atque eius circa annonam
cura vid. Constantini Porphyrogen. Themat. I. 1 Them. 2.
Ritter.

ib. ἀρχὴ δευτέρα. vid. Eunap. in Proaeres. p. 150. adde
Comm. ad l. 3 ad legem Corn. de sicar. num. 9. *Ritter.*

p. 99 v. 7. vid. Comm. ad l. 9 cod. Th. extraord. *Ritter.*

ib. v. 11. suppeditat hic locus Zosimi cum Notitia Digni-
tatum utriusque imperii omnia quae de praefectorum praetorio
magistratu per Constantimum mutato nobis ex antiquitate inno-
tuerunt. primum Augustus constituendo duos ex ordine eque-
stri praefectos, qui rei militaris curam haberent, hunc magistra-
tum in rem publicam introduxit. sequentes imperatores ad Com-
modum usque, servato Augusti instituto, etiam numerum praefec-
torum praet. servarunt, doneo Commodus, ut rei publicae cu-
ris liberatus voluptatibus suis magis posset vacare, tres consti-
tuit praefectos, quibus rei tum militaris tum civitis cura commissa
est. postea pro tempore et necessitate modo pauciores modo plu-
res creati sunt, doneo Constantinus iis penitus novandis animum
adiecit. vid. Guther. de Offic. Dom. Aug. et Pancrollus in Comm.
ad Notit. imperii, ex quo provinciarum nomina accuratius indi-
cata et ordine disposita huic transferre et cum Zosimeia comparare
hand pigebit.

- I. *Praefectus praetorio per Orientem* praeerat quinque dio-
cesibus. *I. Orientis* erant provinciae xv: 1. Palaestina,
2. Phoenice, 3. Syria, 4. Cilicia, 5. Cyprus, 6. Arabia,
7. Isauria, 8. Palaestina salutaris, 9. Palaestina secunda,
10. Phoenice Libani, 11. Euphratensis, 12. Syria saluta-
ris, 13. Osrhoene, 14. Mesopotamia, 15. Cilicia secunda.
II. Aegypti vi: 1. Libya superior, 2. Libya inferior,
3. Thebais, 4. Aegyptus, 5. Arcadia, 6. Augustanica.
III. Asiana x: 1. Pamphylia, 2. Hellespontus, 3. Lydia,
4. Pisidia, 5. Lycaonia, 6. Phrygia Paoatiana, 7. Phrygia
salutaris, 8. Lycia, 9. Caria, 10. insulae. *IV. Ponticae* xi:
1. Galatia, 2. Bithynia, 3. Honorias, 4. Cappadocia prima,
5. Cappadocia secunda, 6. Paphlagonia, 7. Pontus Pole-
moniacus, 8. Hellespontus, 9. Armenia prima, 10. Arme-
nia secunda, 11. Galatia salutaris. *V. Thraciae* vi: 1. Eu-
ropa, 2. Thracia, 3. Haemi montis Rhodope, 4. Moesia se-
cunda, 5. Scythia, 6. officium viri illustris.

Sub imperio praef. praet. Orientis erant 1) p[ro]consul Asiae cum praesidibus **ii.**, 2) comes Orientis cum **xv** pr. 3) praefectus Augustalis cum **xl.** 4) tres vicarii, a) Asiae cum **iii** praesidibus, b) Ponticae cum **xii**, c) Thraciae cum **vi.** erant igitur cum proconsule Asiae **XLIX** rectores provinciarum.

II. *Praefectus praetorio Illyrioi Orientalis* habebat dioeceses **ii.**, *I. Macedoniam*, cuius provinciae erant **vi**: 1. Achaia, 2. Macedonia, 3. Thessalia, 4. Creta, 5. Epirus vetus, 6. Epirus nova et pars Macedoniae salutaris. *II. Daciam*, provinciae eius **v**: 1. Dacia mediterranea, 2. Dacia ripensis, 3. Moesia prima et secunda, 4. Dardania, 5. Praevalitana et pars Macedoniae.

Praefecto pr. Illyrici suberant 1) proconsul Achaiae, 2) vicarii duo, Macedoniae cum **vi** provinciis et Dacie cum **v.**

III. *Praefectus praetorio Italiae*, ad quem pertinebant dioeceses **iii.**, *I. Italia*, cuius provinciae erant **xvii**: 1. Venetia, 2. Aemilia, 3. Liguria, 4. Flaminia et Picenum annonarium, 5. Tuscia et Umbria, 6. Picenum suburbicarium, 7. Campania, 8. Sicilia, 9. Apulia et Calabria, 10. Lucania et Brutii, 11. Alpes Cottiae, 12. Rhaetia prima, 13. Rhaetia secunda, 14. Samnium, 15. Valeria, 16. Sardinia, 17. Corsica. *II. Illyrioi* provinciae **vi**: 1. Pannonia secunda, 2. Savia, 3. Dalmatia, 4. Pannonia prima; 5. Noricum mediterraneum, 6. Noricum Ripense. *III. Africæ* provinciae **vi**: 1. Byzacium, 2. Numidia, 3. Mauritania Sitifensis, 4. Mauritania Caesariensis, 5. Tripolis, 6. Africa cum proconsule.

IV. *Praefectus praetorio Galliarum*, qui regebat dioeceses **iii.**, *I. Hispaniam*, cuius provinciae **vii**: 1. Baetica, 2. Lusitania, 3. Gallaecia, 4. Tarraconensis, 5. Carthaginensis, 6. Tingitana, 7. Baleares. *II. Galliam*, provinciae erant **xvii**: 1. Viennensis, 2. Lugdunensis prima, 3. Germania prima, 4. Germania secunda, 5. Belgica prima, 6. Belgioa secunda, 7. Alpes maritimæ, 8. Alpes Penninæ et Graiae, 9. Maxima Sequanorum, 10. Aquitania prima, 11. Aquitania secunda, 12. Nove[m] populi, 13. Narbonensis prima, 14. Narbonensis secunda, 15. Lugdunensis secunda, 16. Lugdunensis tertia, 17. Lugdunensis Senonia. *III. Britannias*, provinciae erant **v**: 1. Maxima Caesariensis, 2. Valentia, 3. Britannia prima, 4. Britannia secunda, 5. Flavia Caesariensis.

p. 99 v. 15. qui olim tanquam imperatorum ad exercitum missi *legati* militibus praerant consulares, sub Alexandri regno non amplius constituti sunt, dum *magistri militum* in eorum suc-

cedebant locum, qui non binis modo legionibus sed pluribus imperarent (Veget. 2 9) tum ordinando militi tum puniendo. abrogato praefectis praet. imperio militari, potestas magistrorum militum aucta est, et sub Theodosio creati sunt numero quini, quod barbaris undique irruentibus haud parem se imperator esse videbat. cf. Notit. imp. p. 104 8.

p. 100 v. 1. tributorum solvendorum quae fuerit ratio a Iustiniano instituta, eam in Novella 128 expositam habemus. postulabatur a provinciis singulis annum tributum, quo continebatur praeter foeni collationem quinquagesima tritici, quadragesima hordei, et vini lardique vicesima; porro singulae chlamydes in viginti aut triginta iugera, nisi aureum pro singulis vestibus dare vellet; deinde indicta summa auri. in horum redditum publicorum numero sunt etiam capitatio vectigalia portoria salinae.

ib. v. 15. Diocletianus quanquam non primus fuit qui finium imperii adversus hostium incursionses tutandorum castellis munitisque curam haberet, eam tamen superioribus imperatoribus intentiorem adhibuisse et omni finium parti prospexit videtur; id quod Suidas, fortasse ex Eunapii auctoritate, satis diserte dixit, voo. ἐσχατιά: διοκλητιανός λόγον ποιούμενος τῶν πραγμάτων, φήθη δεῖν καὶ δυνάμειν ἀρχούσαις, ἐκάστην ἐσχατιὰν ὀχυρώσαι καὶ φρονία ποιῆσαι. cf. Eumenii Paneg. pro scholis Augustoduni, sub finem.

ib. v. 21. in propatulo est Zosimi sententiam esse, Constantimum non omnes omnino copias limitaneas, sed partem modo earum a limitibus abduxisse; quare iniqui sunt qui, quod aliunde fines imperii non omni praesidio militum fuisse nudatos constat, Zosimo quasi dicenti contrarium derogare fidem audent. illud vero rectius monent, non omnem Constantino limitum curam omissam, sed pluribus ab eo locis castra posita fuisse. Victor. Caes. 41, Procop. de aed. 7 4. quamvis autem finium praesidio institutis iis provisum sit, non ideo falsa sunt quae de copiis a limitibus deportatis Zosimus scripsit; quare neo opus erit ad firmandam fidem eius commemorare quae ex Anonymo Valesii Spanhemius (ad Julianum p. 63) affert, Gothos, cum Constantinus Thessalonicae esset, per neglectos *limites* erupisse et vastata Thracia ac Moesia praedas agere coepisse. neque id tam Constantini ipsius incuria quam militum socordia et ignavia factum videtur, quia ipse imperator lege (l. 1 o. Th. de re militari) iis militibus, qui facultatem barbaris depraedationis dede-rint, supplicii periculum minitatus est. castellis adversus barbarorum in fines Romanos impetus exstruendis et firmandis operam dare potuit imperator, et nihilominus deportare inde copiarum partem in regiones mediterraneas atque per urbes dispergere. copias abductas fuisse palatinas docet Godofred. Parat. c. Th. de

re milit. 7 l. 18 tit. 1, et 8 l. 10 tit. 1. alteram vero Zosimi querimoniam, milites a limitibus deductos urbibus, in quibus essent, molestos fuisse et disciplinam otio et luxuria corruptam, Libanius (assid. p. 108) confirmare videtur, qui milites tradit in urbibus et agris dissolute vixisse. quantae fuerint copiarum Romanarum sub Constantini filiis corruptelae, testis maxime idoneus docet Ammianus 22 4: *quibus tam maculosis accessere flagitia disciplinae castrensis, cum miles cantilenas meditaretur pro iubilo moliores, et non saxum erat, ut antehac, armato cubile, sed pluma et flexiles lectuli et graviora gladius pocula; testa enim bibere iam pudebat, et quaerebantur aedes marmoreae, cum scriptum sit in antiquitatibus Spartanum militem coercitum acriter, quod procinctus tempore ausus sit videri sibi sub tecto. adeo autem ferox erat in suos illis temporibus miles et rapax, ignarus vero in hostes et fractus, ut per ambitionem otiumque opibus partas auri et lapillorum varietates discernerent scientissime.* Valente regnante res militaris haud meliore condicione fuit: nam Themistius (or. 10 p. 136 ed. Harduini) haec tradit: (Valens) τῶν φρουρίων τὰ μὲν ὄφοδόμησεν ἐκ καινῆς, τὰ δὲ ἀνέστησε κατατριμένα, τοῖς δὲ προσέθηκε τὸ ἐνδέον ὑψος μὲν ὡς χθαμαλώτερον ἦν, πάχονς δὲ ὅπου τούτου προσέδει, ὕδατος δὲ ἀρθοντιανή ταῦτη προτερον ἐπέζετο, τροφῶν δὲ θησαυρῶν ἀπανταχοῦ καὶ λιμένας τῆς γειτνιώσης θαλάσσης καὶ στρατιώτας ἐκ καταλόγου καὶ φρουροὺς τὸν ἀριθμὸν οὐ ψευδομένους καὶ ὄπλα καὶ βέλη καὶ μηχανήματα, ἀπαντα εἰς τὸ ἔσχατον ἐξητασμένα· τέως μὲν γὰρ ἐκ τῆς περὶ τὰς φρουρὰς ὀλιγωρήσεως ἐπεπιστεύκεσαν οἱ πολέμιοι ἐπ' αὐτοῖς ἀτέληνος κεῖσθαι καὶ τὸν πόλεμον καὶ τὴν εἰρήνην, δρῶντες τοὺς μὲν στρατιώτας οὐ μόνον ἀνόπλους, ἀλλὰ καὶ ἀχετῶντας τοὺς πολλοὺς καὶ ταῖς φυγαῖς καὶ τοῖς σώμασι καταπεπτωκότας, φρουράρχας δὲ καὶ τῶν ἀνδραπόδων καπηλους, οἰς τούτῳ μόνον ἔργον προσέκειτο, πλεῖστα μὲν ὠνήσασθαι, πλεῖστα δὲ καὶ ἀπεμπολῆσαι, τῶν φυλακῶν δὲ ἐλαττούσθαι τὸν ἀριθμόν, ὅπως ἂν γένοιτο κέρδος αὐτοῖς η μισθοφορὰ τῶν ἐκλειπόντων, ταῦτα δὲ τὰ φρουρία κατερρυπήσατα, γυμνὰ καὶ ἀνθρώπων καὶ ὄπλων.

p. 101 v. 7. non una, ut Zosimi videntur innuere verba, Caesar uterque factus est, sed decennio interposito, Constantius a. 323 sive 324, Constans a. 333. cf. Tillemont. t. 4 p. 645 et 657.

p. 102 v. 5. Erythraeam, ab urbe Phrygiae nomen sortitam, eandem credit Gallaeus (ad Oracul. Sibyll. diss. 1 c. 6 p. 113) cum Cumana Sibylla, diversam autem a Phaenno, cui posteriori adstipulatur Tzetzes Chil. 9. is Phaenam appellat, quam alii Φαενώ et Pausanias Φαεννίδα, regis cuiusdam Chao-nii filiam, quae olim fatidica fuerat. R. lectionem Φαελλώ corruptam esse dubitare non licebit. nota satis est Φαενώ, vel ut Pausanias, Φαεννίς. ex quo etiam constat Phaenno vixisse

Antiocho post captum Demetrium in regno Syriae constituto, id quod de Antiocho Sidete erit accipiendum, Demetrio a Parthis capto ante C. n. 141. convenit fere tempus h. l. a Zosimo notatum. nam Nicomedes Philopator patri successit Prusiae 2 Venatori ante C. n. 149, cuius insidias sibi factas ultus est filius auxilio Attali Philadelphi, regis Pergamenorum. exposuit rem docte Freinshem. Suppl. Livii lib. 50. alio tamen loco Pausanias ipse sua vineta caedit, c. 15 p. 833, ubi Gallorum in Asiam triectum a Phaennide *aetate una, antequam res gereretur,* praedictam narrat, carmine quoque apposito: atqui factus ille triectus sub annum ante C. n. 275 Nicomedae Bithyniae rege conciliante. ad illa tamen tempora versus ab ipso laudatos respicere dubitari nequit. ut adeo in hoc quoque vate factum videtas, ut nomini claro tribuerentur alia, aetate et auctoritate diversa. ceterum vss. c. 37 ex diversis diversorum temporum vaticiniis in unum congestis, iisque varie interpolatis, constare videntur. priores oraculum Nicomedi datum exhibent: est is rex Thracum, h. Bithynorum stirpis Thracicae. consilia ille agitat in Byzantium: sed suo cum exitio, verum in his verss. priora ad antiquiorem Nicomedem spectare suspicor. in seqq. *lupi* sunt Romani. *H.*

p. 104 v. 1. apud Julianum (in Caesar. p. 335), qui acerbe Constantinum exagit, Mercurio, quaerenti ex eo quae fuerint sibi bona exoptabilia et expetita, respondet imperator: πολλὰ ζητούμενον πολλὰ χαρίσασθαι, ταῖς τε ἐπιθυμίαις ταῖς δευτοῦ καὶ ταῖς τῶν φίλων ἐπονηγοῦντα. Ammianus 16 8: *proximorum fauces aperuit primus omnium Constantinus.*

ib. v. 6. quae de chrysargyro aliisque tributis per Constantinum impositis Zosimus dixit, cum ea ipsius sola fide nitantur, semper eam cavillandi facultas suppetet, praesertim cum in ea re ab erroribus sibi non satis auctor caverit. iam impugnavit eius auctoritatem Evagrius (Hist. Ecol. 3 39 — 42), licet ipse meliora non doceat. non immerito tamen Zosimus notam subit, primum quod meretricibus etiam chrysargyrum solvendum fuisse tradit: nam tributum πορνικόν, a mulierculis pudicitiam prosti-tuentibus conferendum, cum collatione lustrali, ex qua chrysargyrum ortum est, confuderunt tum Zosimus tum alii, Zonaras Cedrenus et ipse Evagrius in nostrum insurgens. deinde chrysargyrum non quadriennio quoque sed quinquennio petendum fuit, quem quidem dissensum ingeniosa aliqua interpretatione Pagius (in diss. hypatica) ita tollere allaboravit, ut aut Constantinum intervallo solutionis tributi coangustato quinquennale mutasse tempus statuat, aut τετραετηρικὸν lustrum eadem qua olympias intelligitur ratione interpretetur; quae quamvis quattuor modo annorum spatium comprehendat, lustrum tamen vocatur. denique manifeste Zosimus labitur, auctorem istius

tributi Constantiū prodens, quia iam Severi imperatoris aetate illud occurrit. quid igitur fuit quod innovaret Constantiū in tributorum ratione? forsitan maior eius fuit in iis exigendis severitas, et cives gravius quam unquam antea vexati sunt. saltem Libanius (or. contra Florentinum p. 427) huic opinioni patrocinatur. λεγόσθω τοινυν καὶ τὸ τάλλα παντα νενικηκός· τούτο δ' έστιν ὁ ἀφόρητος φόρος, ἄργυρος καὶ χρυσός, φρίτειν προσονέσσας ποιῶν τας δεινας πεντηρίδας. ὅνομα μὲν γὰρ εὐπρεπὲς ἀπὸ των ἐμπόρων τῷ πόρῳ τούτῳ, τῷ θαλάττῃ δὲ ἐκείνων εἰς διάδοσιν γρωμένων, οἵς μόλις ἀρτου προσφέρονται αἱ χεῖρες, ἀπόλλυνται, διαφεύγει δὲ οὐδὲ νευροφάρος, οὓς ἡγὰ πολλάκις εἰδον τὴν σμίλην εἰς οὐρανὸν αἴροντας, ὀμρύντας μὲν ἐν τῇ αὐτῇ τὰ παντα εἶναι σφίσιν· οὐ μὴν τοῦτο γε αὐτοὺς ἀπαλλάσσει τῶν ἔγκωμάτων καὶ ίλακτούντων καὶ μόνον οὐ δακόντων. οὗτος δ' χαιρός πλείω τὴν δουλείαν καθίστησιν, ἀκτάλλων ἀλευθερίας τοὺς ἀπὸ τῶν γονέων πωλουμένους, οὐχ ἵνα αὐτοῖς δέξηται τὴν τιμὴν τὸ κιβώτιον, ἀλλ' ἵνα αὐτὴν ὕσσως εἰς τὴν τοῦ κατεπείγοντος δεξιὰν ἀρχομένην.

p. 105 v. 2. *follis* erat vel summa et collectio pecuniae vel certa aliqua pecunia constituta. *follis maioris pretii* aequabat tres libras et semis, minus duobus denariis argenti, vel $17\frac{1}{2}$ solidos; *follis minoris pretii* comprehendebat tres nummos, *follis minimi pretii* duo minuta denarii. vid. Baron. Annal. t. 3 p. 235. cf. Comm. ad l. 5 c. Th. de praetor.

VI. CONSTANTIUS (l. 2 o. 39—55).

Idem auctor et dux, qui in vita Constantini, hio Zosimi fuit. in scriptoribus, qui res Constantii cum Zosimo tradiderunt, praestat Ammianus auctoritate. laborant in hac parte pauca modo loca aut malae fidei suspicione aut omisssae diligentiae vitiis; eminent prae ceteris scriptoribus industria et cura Zosimi in rebus Magnentii tradendis, quas, si ultima exoipias, aliquanto uberioris quam reliqui scriptores explicitu.

p. 105 v. 13. quibus ante provinciis praefuerat Constantius Chlorus, eae Constantino obtigerunt, Gallia Hispania et Britan-nia (Victor. ep. 41), Constantio Oriens, id est, Asia Syria et Aegyptus (Euseb. Constant. 4 51, Eunap. Aedes.), Constanti Illyricum Italia et Africa (Euseb. l. c. of. Constant. Porphyrog. Them. lib. 2 them. 9).

ib. v. 17. Καρχηδόνα. vid. Comm. l. 18 c. Th. de bon. praesc. Ritter.

ib. v. 19. ad Iulii Dalmatii, qui anno 335 Caesar dictus erat, imperium pertinebat Thracia cum parte Illyrici, scilicet Macedonia et Achaia (Anonym. Vales. of. Prosopogr. cod. Th.). Iulius Constantius, Constantini magni frater, non provinciis et imperio, sed dignitate patricii et nobilissimi erat ornatus.

p. 105 v. 20. Flavius Claudius Annaballianus, Dalmatii Caesaris frater, postquam ab anno 335 datum sibi a Constantino Ponti et Armeniae regnum per duos annos tenuerat, morte violenta periit.

ib. v. 21. νωβελισσίμου. Godofr. ad l. ult. de lustr. collat. Ritter.

p. 106 v. 1. quae in Pannonia facta est, testante Iuliano (Iulian. Or. 1 p. 33), inter filios Constantini nova regni partitio, etsi eam cum Tillemontio (t. 4 p. 666) diversam ab ea quam pater fecerat credere velimus, fortasse tamen in provinciis modo occisorum Annaballiani et Dalmatii distribuendis versabatur.

ib. v. 6. vid. Prosopogr. cod. Th. et Godofr. ad Libanii Orationes, qui omnes a Constantio occisos memorat. Ritter. cf. Iuliani Epist. ad Atheniens. p. 270. foeda Constantii in sanguinem necessariorum crudelitas et iuris divini humanique contemptus testibus locupletissimis confirmata, Zosimique adeo testimonium extra dubitationem positum est.

ib. v. 7. Optatus cos. fuit a. 334, sed sine dubio aliis ab hoc, quia Zosimus consularem honorem non tacuisse. Ritter.

ib. v. 8. vid. Pancirolli ad Notit. imp. t. 7 p. 1345 Thes. Graev.

ib. v. 12. Eunapio auctore (in Aedes. p. 34 ed. Commelin.) Sopater in regia Constantini, a quo magno habitus est honore, inimicorum fraude periit, qui apud imperatorem stimulati invidia factum artibus eius essa insimularunt, ut deficiente austro naves frumentariae ex Aegypto venientes portum intrare non possent. de Ablabio praef. Pr., quem Eunapius omnium malorum auctorem edit, vid. Prosopogr. cod. Th.

ib. v. 15. Eusebius (Vit. Constant. 4 68) fraudem imperatoris tacens, milites ait vociferatos nolle se cuitisquam nisi filiorum Constantini imperium.

p. 107 v. 3. cuius Constantius criminis a Zosimo arguitur, id fratris fuit, ut ceteri scriptores testantur omnes, in quibus Zonaras, qui et copiosius rem et ad fidem proprius tradidit, Constantium simultatum auctorem primumque aggressorem dicit. cupidus enim regni alieni, provincias fratris occupandi spe, fines eius hostiliter ingressus est, verum re male gesta adversus Constantis duces ipse insidiis circumventus ac trucidatus est. Zosimus quidem, nominis fortasse similitudine deceptus et in errorrem inductus, Constanti tribuit noxam cuius insimulandus Constantinus erat, nec ille adeo in falsi crimen cum Rittero (ad Guthrium t. 5 p. 15) vocandus.

ib. v. 6. Aurel. Victor: quarum gentium obsides, pretio quaesitos, pueros venustiores, quod cultius habuerat, libidine eiusmodi arsisse pro certo habetur. cf. Zonaras 13 6. Ammian. 16. 7.

p. 107 v. 12. vid. Comm. leg. 1 de immun. concess. quae huic Marcellino inscribitur. *Ritter.*

p. 108 v. 9. *Μαγνεύτιον.* vid. Comm. ad l. 5 c. Th. de paganis. *Ritter.*

ib. v. 13. Constantis necem, narrationibus, ut ex Zonara 13 6 patet, per scriptores variatam diverseque traditam, num Gaius perpetraverit, locus Libanii (or. 6 p. 110 ed. Bongiovanni) dubium facit.

ib. v. 16. in occupatis per Magnentium provinciis Africa quoque apud Eutropium et Socratem numeratur.

ib. v. 20. Socrates Hist. Eccles. 2 32 (quem ad verbum sequitur Sozomenus 4 7) Mursam vocat φρουρίον τῶν Γαλλιάς, Galliae castellum. Stephanus Byzantinus Μυρσα πόλις Ἰωνίας, κτίσμα Ἀδριανοῦ. ex Zosimo Stephanus corrigendus et Παταρίας pro Ἰωνίας scribendum: Socrates autem falsus est, ut itidem ex nostro clarum. nec audiendi qui aliam Galliae, aliam Pannoniae Mursam statuunt. haec Scaligeri verba adnotavit *Cellarius.*

ib. v. 19. quanquam in declaranda per Vetraniōnem imperii ratione dissentire scriptores videntur, dum Zosimus militum eum suffragiis imperatorem factum tradit, Julianus (or. 1 p. 47) per Constantium ipsum, ut haberet scilicet quem Magnentii incursioni opponeret, et Philostorgius per Constantiam sororem imperatoris diademate misso, dissensus tamen ille nullus erit, dummodo primum a Vetraniōne vere affectatum imperium statuamus, postea autem cum tyrannidem iam occupatam teneret, per Constantium, ne cum duobus sibi tyrannis societate coniunctis dimicandum foret, potestatem eius ad speciem fuisse confirmatam. cui quidem rei ipse fraudis exitus et Vetraniōnis deieatio ab imperio satis respondet.

ib. v. 23. laxamentum tamen Constantio dedit, quod Sappori ad Massagetas, incursantes Persarum fines, bellum vertendum erat, Zonar. 13 p. 11.

p. 109 v. 6. Aurelio Vict. c. 42 teste, Nepotianus, qui prave apud eum Potentianus scribitur, occupata tyrannide armata gladiatorum manum habuit, et caede multa in cives edita urbem ipsam tenuit.

p. 110 v. 1. frequentes inter Magnentium Vetraniōnem et Constantium legationes, a Zosimo confuse et perturbate traditas, Tillemontius studiose explicat.

ib. v. 3. εἰς ταύτῳ. ad Naissum, Hieronymo in Chronico teste. *Cellar.*

ib. v. 8. monente ad Guthrium Rittero, non generis dignitas, sed auctoritas, quod imperii gesti annis praeiret, priorem dicendi locum dedit.

ib. v. 15. fidem habebimus maiorem Iuliano (or. 1 p. 30 ibi Spanh.), qui non militum vi et impetu Vetraniōnem deie-

ctum et purpura spoliatum dicit, sed insignibus imperii depositis sponte regno cessisse, cum clamore militum, ipsius nomine non audito, imperator solus Constantius salutatus esset. fraude Constantium usum esse, cuius Zosimus eum insimulat, manifestum fit tum ex ipsius rei natura tum testimoniis Aurelii c. 42. nam Julianus et Themistius, qui facundiae, quae in Constantio fuit, mutata militum studia tribuunt, panegyricum agunt.

p. 110 v. 18. *κατὰ Βιθυνίαν*. Prusae nempe. Zonaras.
Cellar.

ib. *χρόνον*. Zonaras *Ἐξ ἐνιαυτούς*. *Cellar.*

p. 111 v. 11. Decentium vocat Victor ep̄t. c. 42 *consanguineum*, alii fratrem *Magnentii*.

ib. v. 12. haec verba *ἐν Παιονίᾳς* aut parum accurate a Zosimo sunt posita, aut *de finibus Pannoniae*, non de Pannoniae mediterraneis intelligenda. nam capitis sequentis demum initio in Pannionam contendisse Magnentius dicitur. *R.* turbata haec Zosimi est narratio etiam locorum situ. si ad Mursam iam perventum erat, Siscia Magnentio a tergo esse debuit; eum itaque retro cessisse necesse est, misso nuntio, qui simularet se Sisciae campos petere, ut in iis configeret. in medio itinere *Adrariae angustiae* fuisse debent. *H.*

p. 112 v. 5. *Ποτεζλον*] corrigendum erat *Πετοβίον*. est *Petobio* s. Petovio et Poetovio, nobilis urbs ad Dravum, nunc *Pettau* Styriae, cuius campi etiamnum nobiles sunt. de Cio Moesiae inferioris urbe cogitare non licet. *H.*

ib. v. 18. *Φίλιππον*. vid. Prosopogr. cod. Theodos. *Ritter.*

p. 113 v. 7. transalpineae provinciae a Zosimo dicuntur Gallia Hispania et Britannia, quas omnes concedere tyranno, etsi Zonaras 12 8 Galliam tantum nominat, literis per Philippum ad eum missis Constantium voluisse facile credimus, quia Galliam possidens non modo reliquis provinciis transalpinis gravis esse accola, sed eos minore etiam negotio invadere atque occupare quam imperator tueri poterat.

p. 115 v. 21. *Τιτανός*. vide alium in Prosopographia.
Ritter.

p. 116 v. 9. *Σισκίαν*. Julianus or. 1. 2. transierat ante Silvanus, relicto Magnentio, ad Constantii partes.

p. 117 v. 23. de pugna ad Mursam cf. Julian. or. 2, Zonar. 14 9.

p. 118 v. 20. pertinaciam Magnentii in pugnando Zonaras quoque testatur, Julianus vero (or. 1 et 2) oratorum, uti par est credere, adulatorio more, fugam tyranni primo iam concursu captam increpat.

ib. v. 22. *τάγμα τῶν Ἀβούλκων*. occurunt numeri Abulcorum etiam in Notitia dignit. utr. imp. in Gallia et Britannia. sed nihil aliunde de iis constat. *H.*

p. 120 v. 7. ut sartam praestemus ultimam partem narrationis de Magnentio, a Zosimo nimis leviter traditam, ex Juliano (or. 1 et 2) haec addi consultum est visum. anno 351 proelio ad Mursam victus Magnentius cum fuga Italiam petiisset, Constantio non instante, anno insequenti Italiam reliquit, et Alpibus munitis Aquileiae voluntatibus deditus vixit. postquam vero nuntiatum erat a Constantii coplis, quae vere ineunte adversus eum tendere cooperant, captum esse in Alpibus castellum, excitus ex hac urbe signis cum hoste collatis ad urbem Patavinum primum fortuna secunda confixit, mox autem inclinato in adversarios proelii eventu fusus et fugatus in Galliam evasit, ubi crudeliter in incolas saeviit. classis interim Constantii missa ad occupandam Africam et Carthaginem, alia in Siciliam et Hispaniam. anno 353 proelio ad Alpes Cottias commisso per duces Constantii superatus Magnentius, Lugduni, quo se receperat fuga, cum milites eum, ut memoriae proditum est a Victore et Eutropio, hosti per proditionem tradere molirentur, spe omni abscissa mortem sibi consivit.

ib. v. 8. illustrabis totam seriem historicam et alia huc pertinentia ex Comm. l. 2 c. Th. de indulg. crim. et legg. *ib.* cit. 5 de pag. 5 de infirm. his, quae sub tyrannis. *Ritter.*

ib. v. 10. de Laetis Marcellin. 16 11 p. 148, ibique Valesius. adde etiam Comm. ad l. 9 de censor. *Ritter.* add. Eumen. Paneg. Constant. c. extr. ubi *Laetus postliminio restitutus*, iam emendatum a Valesio, neglectum esse in edit. nupera aegre ferimus.

ib. v. 15. nunc quidem non exstant, quod sciam, scriptores vetusti, in quibus praedclare facta Magnentii celebrata sint; ut adeo inde colligendum sit quaedam ad hanc historiam pertinentia scripta iniuitate temporum intercepta esse. intelligimus quoque ex h. l. Zosimum sive Euthapium scriptorum, quos secuti sint, auctoritatem non temere sed iudicio probasse.

p. 121 v. 9. Ammian. 14 35: *principem locum, si qua patuisse copia, affectabat.* imprudenter crudeliterque facta Galli neque Ammianus tacet neque Julianus ipse diffitetur, quamvis excusando fratrem mitigare atque amoliri ab eo culpam studeat; quare Zosimus, etsi a studio et favore in fratrem Juliani forte vacuus, a reprehensione tamen incuriae et neglectus vix liberari potest. ceterum adinodum probable fit ab delatoribus et sycophantis, qui Constantio ut adularentur crimina in Gallum cumulabant, multa in maius esse anota.

ib. v. 11. Hallucinari Zosimus videtur, qui Galli Caesaris caudem Dynamio adscribat. Silvanum enim, non Gallum in calunnia percullit. *Valesius.* omissas a Zosimo res novas per Silvanum motas apud Ammianum 15 5 legesis.

p. 121 v. 16. Mediolanum ad imperatorem arcessitus Gallus, cum adhuc in itinere esset et Petobionem oppidum Noricorum venisset, a Barbatione comite domesticorum Polam ad Istriam ductus, causa non audita, abscissa cervice necatur.

VII. CONSTANTIUS ET JULIANUS (l. 3 c. 1—30).

Huius libri priora capita Constantii et Juliani historiam et temporis et rerum vinculo cum superioribus coniunctam comprehendunt, utramque factorum memorandorum copia refertam, quavis praecitate facta Juliani uberior et curiosius memorata sint, cum in hac parte tum in altera, quae a capite undecimo res ab eo post mortem Constantii in imperio gestas continet. res autem ipsae ibi traditae et ab Eunapio sumptae, quamvis minor eos premit suspicio malae fidei et sugillationis aut studii laudisque oratione exaggeratae fictaeve, tamen ad historiam Juliani illustrandam minus habent utilitatis quam quae ad historiam Constantini, siquidem et Juliani ipsius scripta et in primis Ammiani habemus, nobilis historiographi et inter aequales excellentissimi ac pro sua aetate admirabilis. ex quibus et ex Libanio ad Zosimi errores tollendos, et supplenda quae ab eo omissa sunt, derivari possunt plurima; his ipsis autem scriptoribus ex Zosimo supplendis vicissim nonnulla, pauca tamen inserviunt, veluti iter Juliani et alia in expeditione eius Persica, copiosius aliquantum ab eo exposita, quae forte illa sunt quae ipse c. 2 ab aliis omissa exponere velle profitetur. sed v. ad e. l.

p. 122 v. 4. Julianus et Libanius urbes 45 captas direptasque esse testantur, hic in oratione consulari ad Julianum, ille in epistola ad Athenienses: πέντε πον καὶ τεσσαράκοντά δύτια τεληγη δίχα τῶν πύργων καὶ τῶν ἐλασσόνων φρουρίων. cf. Ammian. 16 3.

ib. v. 11. in Ammiano nusquam rei ullius memorabilis a Gallo in Persas gestae mentio iniecta est.

p. 123 v. 10. τεθνήξεται. vid. Ammian. 15 8 et praeter Eunapii scripta Juliani ad Athenienses epistola.

ib. v. 18. pluribus eam rem explicant Ammianus 21 16, Julianus orat. 7.

ib. v. 19. Julianus ipse (ep. ad Athen.) missum se esse a Constantio in Galliam conqueritur οὐκ ἀρχοντα μᾶλλον τῶν ἔκεισι στρατηγῶν η τοῖς ἔκεισι στρατηγοῖς ὑπακούσαντα.

ib. v. 22. ea res a Zosimo iusto brevius exposita est. anno 357 Constantius, Juliano dicto ante Caesare, cum colloquii causa cum principibus Quadorum et Sarmatarum ad Istrum profectus amicitiam et societatem iunxisset, Chaonios et Iazyges, impetu eorum repulso, dissipavit (Julian. ep. ad Athen. Themist. or. 4).

idem fudit anno insequenti Quados Sarmatas et Limigantes (Ammian. 17 12).

p. 124 v. 8. ex hoc loco scriptorum, qui Juliani laudes oratione soluta et ligata celebratas reliquerint, aliquanto laetiorum aetate illa fuisse proventum discimus quam vulgo constat. innotuit enim neque poetarum, si Callistum quendam a Socrate 3 21 aequalem aetate Juliano poetam laudatoremque eius dictum excipias, neque historicorum a Zosimo hic memoratorum ullus, qui virtutibus Juliani paeconio exornandis operam dederit.

ib. v. 15. locus qui in manibus est, argumento esse potest, sicut alia quibus ipse usus est scripta interiere, sic nunc extare scripta quae ab eo ignorata sunt, licet eorum notitiam ad Zosimum perferre et aetas et argumentum potuisset, veluti historias Ammiani Marcellini, quae si ei notae fuissent, non dixisset se narraturum et quasi in supplementum additurum esse ea quae ab aliis omissa sint, si quidem Ammianus omnia a Zosimo narrata non modo attingit sed etiam longe copiosius exponit. quoniam Zosimus exactissimus est in exponenda expeditione Persica, in iis quae ab aliis omissa esse putavit censeri ab eo videtur bellum Peraicum, uti et res in Gallia gestae et quae Cpoli instituta fuerunt.

p. 125 v. 4. idem Julianus habet ep. ad Athen. τριακοσίους ἑξήκοντά μοι δοὺς στρατιώτας εἰς τὸ τῶν Κελτῶν θύνος ἀντετραμμένον ξύστελε. Libanius minus exacte in or. ad Julianum: σὺν ὄπλίταις ἐλάττοσιν ἡ τριακοσίοις. in oratione funebri *trecentos* tantum milites, eosque nullius pretii, nominat. Ammianus 15 22 generatim *comitatu parvo suscepto* in Galliam eum profectum scribit.

ib. v. 18. *sexaginta milia* occisorum, nisi vitiosa lectio sit, omnem superant fidem, neque scriptores summae auctoritatis plus quam sex milia caesorum numerant. Ammianus 16 34: *ex Alemannis sex milia corporum numerata sunt in campo constrata*, et Libanius proxime ad eundem accedens numerum, ἐνεταίνητο μὲν τὸ πεδίον ὀπτάκις χιλίοις νεροῖς. ii qui Zosimi omnino fidem et auctoritatem sollicitant, in fraude manifesta eum hic deprehensum putant, et μυριάδων mutari prohibit, quoniam Zosimus levissimae auctoritatis scriptor tum compارando Juliani et Alexandri victoriam, tum adiiciendo voculas ἀπειρον πλῆθος, satis animi consilium nudaverit, et laudibus ethnici imperatoris supra omnem modum celebrandis sese addixerit. horum argumentorum vim vanam esse videbimus, dummodo adverterimus non in numero caesorum sed in eo comparationis verti cardinem, quod sicut Alexander, ita Julianus, parvo exercitu ingentem hostium multitudinem vicerit. subiunxit Zosimus fuga et flumine *totidem* quam proelio periisse; adeo ut bis *sexaginta milia* ab eo dicantur imperfecta. quae Zosimo tribuere

velle pudor sit. non itaque me piget esse sententiae eorum quibus librarios incusare et pro μυριάδων rescribere χιλιάδων placuit; quem verborum permutationem scribarum ostentantia ortam alio etiam Zosimi loco (6 8) deprehendemus.

Quasdam res memorabiles Iuliani brevitas consilio a Zosimo praeteritas paucis hic commemorare ac subiicere non incommode videtur. anno 355 Iulianus Caesaris loco ac dignitate positus postquam Viennae in Gallia hiemem transegerat, progressus inde Augustodunum aliasque urbes, in itinere barbaros qui eum invaserant fortiter repulit, ac primum virtutis bellacae specimen edidit. anno insequenti (357) in Marcelli, qui ob ignaviam aut fraudem revocatus erat, locum successit Severus, ut penes ipsum summa rerum gerendarum esset, donec Constantius Eusebiae uxoris cohortatione et consilio victus Iuliano ipsi, qui nomen potius quam dignitatem Caesaris habuerat, omnem bellum curam et administrationem commisit. spe igitur facta haud dubiae in posterum gloriae bellicae, Iulianus quidem rem paeclare adversus barbaros gessit, qui Lugdunum obsidione premebant, et urbem hostibus pulsis liberavit. Barbario autem, Rhenum transiturus, adversam expertus fortunam a barbaris cladem accepit. vid. Iulianus ep. ad Athen., Ammian. 16, Liban. or. 12.

p. 126 v. 19. haud dilucide explicuit Zosimus Iuliani in Germanos expeditiones susceptas; accuratius Ammianus (17 10 et 18) et Iulianus ipse ep. ad Athenienses. ter bellum ab eo barbaris illatum, et traecto Reno in ipsorum terris gestum.

ib. v. 23. pariter Iulianus apud Suidam in χρῆμα ait: πρὸς τὴν Ἐρκυνίων ὑλὴν θέσμοτεν. *Cellar.*

p. 127 v. 2. lapsus errore Zosimus nomen reguli capti, et tempus quo captus fuit, perturbate tradidit. is qui proelio ad Argentoratum victus captusque rex fuit a. C. 357, nomen non Vadomarii sed Chnodomarii habuit, et a Iuliano ad Constantium, cuius auspiciis bellum gerebat, missus est (Ammian. 16 12, Iulian. ep. ad Athen., Eunap. de Legat. et Peter Patricius Corp. Scr. Byz. p. 20). Badomarius tandem, aliquot annis interiectis, a. C. 360 in manum Iuliano iam imperatori venit et in Hispaniam abductus est (cf. Zos. 3 9 et Eunap.).

ib. v. 20. habebant Caesares notarios aliquot, ab Augusto tamen attributos, ut docet Zosimus in rebus Iuliani Caesaris et Ammiani 17. longe autem differunt *notarii* ab *exceptoribus*. nam notarii sunt βασιλικοὶ ἀπογραφεῖς, ut passim Zosimus appellat, qui in Consistorio acta excipiebant; et ita semper apud Marcellinum sumuntur. at vero exceptores sunt ταχυγραφοὶ, qui notis scribebant acta praesidum. *Valesius.*

p. 128 v. 18. erant viginti milia captivorum. Iulian. ep. ad Athen. δισμυρίους ἀπήγησα παρὰ τῶν βαρβάρων ὑπὲρ τὸν Ρῆγον ὄντας αἰγματώτους.

Zosimus.

p. 129 v. 4. ὅπερ ἐστὶν θύνος Γαλατῶν prorsus delenda sunt, tanquam ineptum glossema; cuius simile aliud est inf. 3 9 de Parisiis: Γερμανίας δὲ αὐτῇ πολιχνη. insidebant illa aetate loca circa Rheni ostia Salii. at Chamavi tum ad Rhenum progressi commeatuum ex Britannia advehi solitum intercipiebant: Eunap. Exc. Legatt. nec enim Julianus nunc novam rem exco-gitasse, sed transvectionem annonae iam ante usitatam restituisse videri debet. v. Ammian. 18 2 pr. et ibi Vales. add. Ritter. ad Guthr. hist. p. 5 t. 1 p. 51. cf. paulo post c. 6 1 et 3, ubi pro *Quadi Chamavos* legendos esse dubitari nequit. existant adhuc Eunapii verba in Excerpt. Legatt. sub ipsum init. *H.*

ib. v. 7. Julian. ep. ad Athen. ἔξακοσιῶν νηῶν ἀνήγαγον στόλον.

ib. v. 8. hanc Britannicae annonae transvectionem Julianus multo quam ante faciliorem reddidit. ipse ad Athen. vocat τὸ στροφομπίδι παρασχέσιν ἀσφαλῆ κομιδήν. praedicat rem quoque Libanius in Orat. funebri. *Valesius.*

ib. v. 20. Σαλουστίου. cf. Julian. ep. ad Athen., Liban. or. 12.

p. 130 v. 1. Τουλιαροῦ ἀφέντες. in consolatoria orat. 8 Juliani plane aliud legitur. vide Pagium in Critic. ad 362. Ritter.

ib. v. 8. Julianus or. 1 p. 34 D ed. Spanhem. Φράγκοι καὶ Σάξονες τῶν ἑπτὸν τὸν Ρήγον καὶ τὴν ἐστρεῖλαν Θάλατταν ἐθνῶν τὰ μοχυμάτατα. cf. idem p. 56 B.

ib. v. 10. non Quadi Danubii accolae, sed *Chamavi* Saxonum gens intelligendi hoc loco sunt, postulante et situs natura et ceterorum scriptorum testimonio (vid. Ammian. 17 8.). nec ipsius Zosimi sed librarioram culpa haec nomina inter se confusa videntur, quoniam ille ipse non ad Rhenum sed ad Istrum Quadrorum gentem memoravit 3 3. observante Rittero in notis marginalibus hic locus illustratur *in der diplomatischen Nachlese von Schoettgen*, p. 5 p. 6.

ib. v. 17. Σαλλων. Marcellin. 17 8 pauca ibidem *Valesius*, plura Eccardus ad leg. Sal. Ritter.

p. 131 v. 18. Τριβίσσοις. vid. Comm. ad l. 11 de Med. et Prof. late. Ritter.

ib. v. 21. τοῦ Καίσαρος. haeret in his editor Oxoniensis, quia non videt ante Juliani in Galliam adventum haec accidisse.

p. 133 v. 2. de Chariettone etiam Eunapius: Χαριέττων μὲν οὖν καὶ πρὸ τούτου φανερός τις ἦν καὶ ἀνυπόστατος, τῷ τε πλεονάζοντι τοῦ δραστηρίου φοβών, ἀνείγεν αὐτὸς ληστείας ἀπαντας. Eunapii verba refert Suidas in ἀντίξε, suppresso nomine. *Valesius.*

p. 133 v. 8. τοῦ βασιλεῶς νέον. Ammianus Julianus et Libanius de hac re tacent, et Eunapius tantum (in fragmentis) eadem tradidit. quae in hac narratione turbata sint, iam supra (c. 49) notatum est. etiam seqq. videbis copiosius apud eundem Eunapium exposita.

ib. v. 17. Salii inter 18 auxilia Palatina magistri militum praesentalis in Oriente connumerabantur. vid. Pancirolli ad Not. imp. p. 1836 in Thes. Graev. t. 7.

p. 134 v. 5. ne, quod Petav. ad Julian. or. 1 p. 28 et Spanh. ad e. l. censem, tercia haec Nisibia obsidio a. 359 conficta sit non vereor. saepius obsessa urbs, sub Constantio quidem 338, 346, 350, quae postrema omnium maxime celebrata est oppugnatio. nova Persarum excursione hoc quoque anno hostilem impetum sustinuit. Zonaras 13 9 extr. etiam Nisibi frustra tentata Amidam a Persis tentatam esse testatur. peccavit Zosimus in eo quod locum e Juliani orat. (p. 28 sq.) ad hunc annum retulit; reliqua tamen non statim respui possunt, quia a Zosimo solo narrantur. quin ille hoc potissimum habet propositum, ut interponat ea quae vulgo parum nota essent. cf. inf. ad 4 7. Lucillianum iam sup. 2 46 adversus Persas missum vidimus, et legatum ad Saporem a. 358 ap. Ammian. 17 extr. idem infra in Zosimo 3 13 male Λουκιερός scribitur. cf. Ammian. 23 3 f. Add. 3 14 3 coll. Ammian. 24 1 p. 390. nescio an ideem sit Ioviani sacer 3 35 1. H.

ib. v. 10. nempe oratione prima, quae est de laudibus Constantii. ter autem obsessam esse Nisibim Rufus affirmat. duae prae ceteris insignes obsidiones fuerunt. prior statim post Constantini obitum contigit (337), cuius meminit Hieronymus in additis ad Eusebium et Theophanes, quae duobus fere mensibus tenuit. posterior absente Constantio et in Occidente contra tyrannos profecto, anno 350, quam Julianus orat. 1 p. 49 et Theodoretus H. Eccl. 1 30 describunt, meminit vero Zosimus. has duas obsidiones in unam conflavit Theodoretus, et Zosimi praeterea errore in secutus est in eo quod posterioris ac celeberrimae tempus pluribus annis tardius consignavit. nam obsidio, quam Julianus exponit ac quam Zosimus et Theodoretus in animo habuerunt, anno 350 tribuenda est, antequam non modo Julianus, sed ne Gallus quidem, eius frater, Caesar esset. Petavius. accuratissime hocce bellum Persicum explicat Ammianus 20 18—22. anno 358 legationes cum inter Constantium et Saporem conneassent, hic anno sequenti bello oorto Amidam et anno tertio (360) Singaram et Bezabdam expugnavit.

ib. v. 16. Julianus ep. ad Athenienses: πείθονται οὗτοι (Pentadius, Paulus, Gaudentius, Florentinus) τὸν Κωνστάντιον ἀφείσθαι με τῶν στρατοπέδων ἀπάντων, ἵσως τι καὶ υπὲ τῆς ἔη- λοτυπίας τῶν κατορθωμάστων κνιζόμενον.

p. 135 v. 9. quoniam Parisii non Germanias urbs fuit, vox Γερμανίας suspecta Cellario visa, ab editore Oxoniensi, Galliam Celticam eo nomine comprehensam interpretante, probata est.

ib. v. 14. unum modo libellum memorat et Ammianus 20 7 et Julianus ipse ep. ad Athen. ἐν τούτῳ θόρυβος πολὺς ἦν περὶ πάντας τοὺς ἰδιώτας καὶ στρατιώτας, καὶ γράψαι τις ἀνώνυμος εἰς τὴν αὐτογένετονά μοι πόλιν, πρὸς τοὺς Πετονιάντας τουτοῖς καὶ Κελτούς.

p. 136 v. 3. Julianus cum vespere clamore militum imperator salutatus prodire nollet, et quae ei offerebatur dignitatem detrectaret, postero die, militum postulationi et imperio potius quam precibus obsecutus, diadema capiti eius imposito summan potestatem accepit.

ib. v. 4. plane ut Ammianus 20 9: *impositus scuto pedestri et sublatuſ eminuſ populo (al. nullo) silenti Augustuſ renuntiatur.* ritum hunc ex optimo scriptore hausit Nicephorus Callist. lib. 11 de Valentiniāno. *Cellar.*

ib. v. 6. διάδημα. tumultuarium ex torque militis pro tempore factum. vid. Julianus ep. ad Athen., Ammian. 20 9, maxime Zonaras in Julianō. *Cellar.* cum Julianus Augustus esset appellatus, ii qui adhuc Constantii partibus addicti et Julianō, quem viderant summae rerum impositum, infesti erant, animos militum abalienando, ut exitium ei pararent operam dabant; re autem cognita ita exarsit omnium ira, ut ab iis impetum et furorem multitudinis Julianus vix sua auctoritate prohibere posset.

ib. v. 10. secundum Ammianum 20 8 Julianus ad imperatorem misit epistolas, quibus adiunxit unam privatum datam, qua cum acerbitate eum increpuerat. ipse Julianus (ep. ad Athen. p. 285 6) communi legionum nomine datas literas insuper memorat: ἀπαντα τὰ παρ’ ἑμοὶ τάγματα πρὸς αὐτὸν ἔκπεψεν ἐκπεστάς, ἐκενούσα περὶ τῆς πρὸς ἄλιηλους ἥμιν δμονοτας.

ib. v. 8. Julianus I. o. ἦν δὲ τοὺς μὲν ὄρχους αὐτοῦ, το τῆς παροιμίας, οἷμαι δεῖν εἰς τέφραν γράψειν· οὕτως εἰσὶ πιστοί.

ib. v. 15. quantopere in occultis et ad paucorum modo hominum notitiam adductis rebus variet fama, vel hic locus argumento erit. Zosimus, cui nullus eorum qui supersunt scriptorum adstipulatur, Julianō non modo imperatoris sed Caesaris quoque dignitatem a Constantio abrogataam scribit; Ammianus 20 23 etsi cum Victore (c. 65) in eo conspiret, ut narret Constantium ei imperasse ut reversus in statum nomenque pristinum intra Caesaris se contineret potestatem, non magis tamen quam Zosimus rem veram attigit. Julianus enim, optimus rerum suarum testis, in epistola ad Athenienses scribit Constantium missò Epicteto fidem de salute Julianō deditisse, nulla dignitatis sive deponendae sive retinendae facta mentione, ὡς οὐκ ἀφαιρησόμενος τοῦ ζῆν, υπέρ τε τῆς τιμῆς οὐδὲν μνημονεύει. Julianum non

affectasse regnum sua sponte, sed milites eum coegerisse ut imperium occuparet, et si rebellem eum et benefactorum immemorem criminentur Christiani, Ammianus 20 9 et Libanius or. 12 testatum reliquerunt.

p. 136 v. 19. quae Julianus de religione Christiana senserit, ipse in epist. ad Athen. declarat. simulato eius religionis cultu, iam pridem eum ab ea descivisse et sacris se addixisse maiorum auctor est Ammianus 21 4 et Eunapius in vita Maximi p. 94. idem docet animum eius, cum Maximum, Priscum aliquosque Aedesii discipulos audivisset, ad superstitionem religionem inclinatum defecisse. quo autem tempore sacra gentilium pro-palam colendo Christianum se fingere desierit, id, uti fas est suspicari, inconstanter a scriptoribus memoriae proditum.

p. 137 v. 5. Julian. l. c. ἀλλ' γῆρανόμην δεινῶς καὶ πατέ-
δνόμην, εἰ δόξαιμι μὴ πιστῶς ὅχθος τέλους ὑπακούσαι Καν-
εταντίων.

ib. v. 16. Julianus in Orientem prefecturo barbari, sive op-
portunum tempus se nactos rati impune praedandi, sive, quod Julianus (ep. ad Athen.) prodit, a Constantio contra ipsum pre-
tio sollicitati, foedere violato fines Romanos infestarunt. regem
quidem barbarorum, Vadomarium, fraude composita captum Iu-
lianu in Hispaniam misit; bello vero per duces cum rebellanti-
bus gesto haud prosperam expertus fortunam, ipse adversus ho-
stes prefectus renovatam cum nonnullis amicitiam iunxit.

p. 138 v. 8. accuratius descriptum iter illud apud Mamer-
tinum in Panegyrico habemus.

ib. v. 16. graviter in iis literis in Constantium invectus est
(Ammian.). Italia sine sanguine in deditionem concessit (Liban.
or. 12); in Siciliam copiae missae (Ammian.). num Africa iam
tum occupata sit, in obscurō reliquerunt scriptores.

ib. v. 9. nondum ergo tum institutum erat, ut alter consu-
lum Romae alter Cpoli crearetur, quod primum sancivisse Iulia-
num, lege in seq. c. 11. *Reinesius.* de Florentio et Tauro vi-
desis Ammian. 21 6, 22 3.

p. 139 v. 1. exstat adhuc Epistola Juliani ad Athenienses,
egregium historiae istius temporis monumentum. pauca etiam
ex epistola ad Corinthios supersunt in epist. 18 Juliani. of. Liban.
or. 7 t. 2 ed. Morell.

ib. v. 4. ab Eunapio in Exc. de Leg. additur, quod multae
ad eum legationes missae et coronae oblatae fuerint.

ib. v. 13. Constantius, quem tempore illo bellum cum
Persis in Oriente tenebat, simulac adversis avocatum Saporem
auspiciois copias abduxisse audisset, collecto fere omni robore ad-
versus Julianum iter ingressus, morbo in finibus Ciliciae obiit.
Ammian.

p. 139 v. 21. γεροντας ἦτον. si ea verba in hanc sententiam diota sunt, a Juliano demum ius senatus urbi Cpoli datum esse, in errore Zosimus versatur manifesto, quoniam id longe ante a Constantino factum erat (Mamertin. Paneg. 24, Sozom. 3 3, Ammian. 22 9 ibi *Valesius*). sed verba non minus eam vim habere possunt, amplificatam senatorum a Juliano dignitatem esse, aut novum eius ordinem institutum; saltet senatum secundi ordinis ibi fuisse in Valesii Anonymo legimus. cf. Godofr. ad l. 3 c. Th. de senatoribus. *Ritterus.* ad hunc locum laudat Comm. ad l. 3 Corn. de aioar. nunn. 9 et ibi Chron. Alexandr. l. 50. de decurionib. et Comm. ad l. un. de iure Ital.

p. 140 v. 2. βιβλιοθήκην. cf. Themist. 68, 13 p. 809.

ib. v. 6. de Victore vid. Prosopogr. c. Th.

ib. v. 7. itineris rationem summa et cura et fide descrip-
tam habemus in Ammiano lib. 22.

ib. v. 17. *Misopogonem* dicit, satyram in Antiochenos, qui ob barbam ei irriserant, compositam, in qua, ut Ammianus 22 14 sentit, probra civitatis infensa mente dinumerat, additque veri-
tati complura.

ib. v. 21. Libanius de varia senatorum fortuna passim disserens, a Constantino ait condicionem eorum cum in aliis civitatibus tum in ea quam ipse condiderat, deteriorem factam, et in bello Persico eos gravia perppersos mala, cum ad necessitatem vendendi bona redacti fuissent, sub Juliano, cuius studium adiuandi senatum eiusque dignitatem restaurandi maxime laudat, magno pere fuisse restitutos. eo autem mortuo pristina eos fortuna et condicio mala excepit, quia lex salutaris, quam in eorum gratiam sanxerat, πάντας, ὡς οἱ πάπποι βουλευταί, δεῖν ἐν τῷ βουλῇ πετάχθαι, καὶ ὡς θυγατρίδαι, in desuetudinem abiit.

ib. vid. l. 51 c. Th. de decurionib. cf. Comm. l. 54 eod.
tit. *Ritter.*

p. 141 v. 5. Iullani in Persiam iter ab Ammiano, qui ex-
peditioni ipsi interfuit, et a Zosimo exactissime delineatum scri-
pto utilissimo *d'Anvilleus* illustrat, *l'Euphrate et le Tigre*, à
Paris 1780, 4.

ib. v. 6. causam ecclesiastici scriptores exponunt, ut So-
rates 3 16—18, Sozomen. 5 18. *Cellar.* Julianus cum simulaclrum Apollinis, quod in suburbio Antiochiae erat, adiisset interrogassetque nonnulla, responsum non accepit.

ib. v. 7. Hierapoli scribebat Julianus ad Libanum ep. 27,
in qua de exeroitu navibus oemmeatu loquitur. *Reinesius.*

ib. v. 12. Batnae oppidum Euphrati vicinum, Maeodonum opus. Ammian. 14 9 a Juliano (epist. 27) cum Daphne Antiochiae et Tempe Thessalicae propter amoenitatem collatum.
Cellar.

p. 141 v. 12. vid. Comm. ad l. 79 c. Th. de decurionib. et Vales. ad Marcell. l. 24 init. *Ritter.*

ib. v. 13. aut praeterisse Edessam aut citato cursu percurrisse imperatorem ut credamus, postulat auctoritas Ammiani 23 3, qui Batnis eum dicit propero cursu venisse Carras, nulla Edessae mentione facta; et Theodoretus (3 2) cum Sozomeno (6 1) diserte hanc urbem ab eo non tactam tradit.

ib. huc tit. cod. Th. de auro coron. et quaedam ex Comm. ad l. 15 de legatis, et insignis Marcellini locus 28 6. vide etiam Comm. ad l. 1 de auro coron. *Ritter.*

ib. v. 16. idem Ammian. 23 3.

p. 142 v. 7. Ammian. 23 3: *triginta milia* lectorum militum. Liban. or. funebr. μνησάδας ὄπλιτον δύο.

ib. v. 13. Carrae, quod oppidum antiquum, Crassi et Romani exercitus aerumnis insigne ab Ammiano 23 3 dicitur, urbs municipalis Mesopotamiae fuit; quod in finibus Assyriae sita h. l. traditur, latius dictum est.

ib. v. 18. Καλλινίκου. vid. Comm. ad l. 9 de Iudeis. *Ritter.*

ib. v. 23. discrepant auctores de navium numero. Ammianus (23 3) onerarias naves numerat mille, quinquaginta bellatrices totidemque ad pontium comparandorum usuin. Zonaras (13 13) cum Zosimo fere conspirans septingentas habet trimes, quadringentas onerarias.

p. 143 v. 9. cf. Ammian. 23 5.

ib. 144 v. 7. Ζαιθά. Ammian. 23 5: *profecti exinde Zaitham venimus locum, qui olea arbor interpretatur. hic Gordiani imperatoris longe conspicuum vidimus tumulum etc.* sed non eo in loco, verum Duris Gordiani templum suis Zosimus numerat. verior autem mihi videtur Zosimi quam Ammiani narratio: nam Eutropius et Rufus Festus Gordiani tumulum 20 milibus a Circesio castro abesse testantur; Zaitha autem non plus quam 60 stadia a Circesio abest, quae septem tantum miliaria conficiunt. *Valesius.* Capitolinus in vita Gordiani c. 34: *Gordiani sepulchrum milites apud Circeium castrum fecerunt in finibus Persidie.* iterum dissensus ex eo ortus, quod alii latius alii subtilius locorum vicinias metiuntur.

p. 146 v. 10. Ammianus: *Surena post regem apud Persas promeritae dignitatis.*

ib. v. 17. *Malechus Podosaces nomine, phylarchus Saracenorum Aasanitarum, famosi nominis latro.* Ammian.

p. 148 v. 5. paullo aliter haec tradit Ammianus (24 2), qui de copiis hostem a tergo adortis nihil habet. *equites cum iumentis armati clementiores gurgites fluminis obliquati transnunt.*

p. 149 v. 17. Ammian. 24 2. *machina poliorcetica, helopolis dicta.*

p. 150 v. 7. *duo milia dediticlorum.* Ammian.

p. 151 v. 18. auctore Ammiano 24 3 unus tantum tribunorum pugna occiderat, reliqui duo, ut desides ignavi exaucti, decem vero milites ex iis qui turpem fugam coperant, se veritate veterum legum capitali addicti sunt suppicio.

p. 152 v. 11. *ex utribus et coriaceis navibus itidemque consecutis palmarum trabibus ponticulos constravit.* Ammian. l. c.

p. 153 v. 2. *Maogamalcha urbs magna atque validis circumdata moenibus ab Ammiano 24 4 vocatur.*

ib. v. 17. confugerant eo salutis causa duarum civitatum incolae. Ammian.

ib. v. 22. equestris turmae divisae per globos. Ammian.

p. 155 v. 5. *vid. Prosopogr. c. Th. et Fastos Relandi ad a. 362. Ritter.*

p. 156 v. 13. Ammian. l. c. *evolat Exsuperius de victorum numero miles, post quem Magnus tribunus et Iovianus notarius.*

ib. v. 18. Ammian. vigiles ex usu moris gentici iustitiam felicitatemque regis sui canoris vocibus extollentes.

p. 158 v. 8. Zosimi verba (inquit Salmasius Exerc. Plin. f. 1226) ita legenda sunt: *χωζῆς, νῦν δὲ etc.* et Scaliger ad Eusebium n. 2298, apud Zosimum, inquit, lib. 3. *Ζωζάθης ἀντὶ τοῦ Κώζης legitur mendose, ut videtur.* rationes quibus tanti viri innisi sunt, ad Eutropium dedimus. quae contra obiciat Valesius ex contextu Ammiani 24 18 et 21 et Stephano Byzant. in *χώζη,* notavimus ad Sext. Rufum. *Cellar.*

ib. v. 14. eam rem, quam Zosimus confudit, Ammianus curatus exponit 24 5: antegressus cum procuratoribus principis, et civitatem desertam (Cochen s. Seleuciam) collustrans, a Caro (ita lego cum Lindenbroglo) principe quondam excisam, corpora vidi suffixa patibulis multa necessitudinum eius quem prodidisse civitatem Pirisaboram rellulinus supra. non igitur cognitorum eius qui Cochen, ubi exercitus erat, sed proditoris qui hoc bello Pirisaboram Romanorum fecerat, suffixa in patibulis corpora Iullanus vidi.

ib. v. 20. vivus exustus est. Ammian. 24 5.

p. 159 v. 6. *ventum ante erat ad castellum quoddam militissimum, cui cum paucis obequitans Iullanus vix vitae disiermen effugit.* Ammian. 24 5.

ib. v. 21. παρεδίσου βασιλικού. cf. Ammian. l. c.

p. 160 v. 1. Ammian. 24 6: *sublato vexillo, ut iussum est, evolant e conspectu quinque subito naves.*

ib. v. 14. Ammian. l. c. adusque diei finem a lucis ortu decernens.

p. 161 v. 2. Ammian. l. c. *Persarum caevis plus minusve duobus milibus et quingentis, Romanorum septuaginta modo.*

ib. v. 8. si de Constantino aut Theodosio Zosimus haec dixisset, grave apud multos calumniae et obtrectationis iudicium subiisset: non enim tertio, sed primo die ipse Julianus flumen traiecit, Ammiano teste. at Zosimus primum Julianum ait naves milites consoendere iussisse (c. 25) et duabus navibus, quas praemiserat, crematis iam omnes transisse flumen (c. 25). secundo post proelium die τὸ στρατευμα traiecit (c. 26), et tertio demum imperator ipse cum δορυφοριց. hanc δορυφοριց Gibbon. (Hist. Rom. t. 2 p. 445 not. 73), eundem erorem et dissensum Zosimi ac Ammiani observans, interpretatur protectores, quasdam scholas domesticorum, fortasse Iovianos et Herculianos.

ib. v. 15. Ammian. l. o. exuri cunctas iusserat naves, praeter minores duodecim; fraude autem perfugarum cognita, cum flamas extinxissent, duodecim tantum naves, aut secundum Libanium quindecim servatae sunt. R. in Juliano squidem non tam consilium comburendarum navium reprehendam, quam ignorantem locorum; quae omnino in Romanorum in Parthos expeditionibus saepe mirationem facit. *H.*

ib. v. 17. ἀναχωρησας γρελαις. Ammian. l. c. *pangen-dis pontibus.*

ib. v. 18. non perrexisse Julianum in itinere, quemadmodum Zosimus innuit, sed consilio ad necessitatem rei accommodato reversum esse, ex Ammiano patet (vid. Gibbon. Hist. Rom. t. 2 p. 452 not. 87). quamvis autem ea viae mutatae omissione ideo a Zosimo videatur facta, ut oocaltando quae imprudenter Julianus egerat laudem eius integrum atque illibatam conservet, tamen sine fraude eum et ex ignorantia hoc tacuisse suspicamus, si quidem Libanius idem omisit et Zosimus a Ioviano demum redditum factum tradidit (c. 30).

p. 163 v. 21. apud Ammianum, qui de navibus optis taret, licet reliqua cum copia tradat, Vetrario audit, legionem Ziannorum regens.

p. 164 v. 14. Julianus, ut quam primum suis in extremo agmine laborantibus succurreret, loricae oblitus, arrepto tantum inter tumultum scuto, cursu in aeiem properaverat.

ib. v. 17. quale telum fuerit quo vulneratus Julianus sit, haud constanter scriptores tradunt, nominantes δέρνητες, ἄκοντιον, αἰχμήν, equestrem hastam, contum. maioris momenti est quaestio illa, a quoniam telum istud missum fuerit: ab hoste plerique scribunt, a milite Romano alii. at diserte Libanius Christianos auctores caedis accusat. quae criminatio, si, quod multi contendunt, Zosirus calumniandi studio se dedidisset, ad cavillandos Christianos quam maxime idonea erat.

p. 165 v. 5. vid. Prosopogr. c. Th. Valesius ad Marcellin.
25 3. Ritter.

VIII. IOVIANUS (l. 3 c. 30—36).

Ioviani historia, ex Eunapio deprompta, explicatur breviter, dilucide et fide integra. errores passim obvios ex aliis scriptoribus emendare et omissa supplere licet; Zosimo vero quod proprium sit et ab aliis non notatum, vix quicquam memorare licet.

p. 166 v. 2. Ammiano 25 5 auctore Iovianus erat domesticerum ordinis primus, Varronianus notissimi comitis filius, congregatis ad designandum imperatoreum principibus, cum Salustius omnium suffragiis ad summam rerum vocatus morbos et senectatem dignitatis detectrandae causas praetenderet, Iovianus novis suffragiis imperator electus est. ceterum potior habenda est auctoritas Ammiani, qui Salustum non, ut Zosimus tradit, Ioviano, sed Juliano mortuo ad imperium postulatum esse scribit.

ib. v. 5. maturius quam hie traditur, exercitus cum Juliano, fines Corduenes petituro, ad Tigrim redire cooperat. vid. supra notata ad p. 161 18.

p. 167 v. 8. tum demum Tigrim Romani transmiserunt, cum pax iam composita fuisset. Eunapio et Zosimo, collocantibus eum Romanorum transitum ante pacem conclusam, id forsan fraudi fait, quod quingenti Galli, foedere nondum facto, fluminis transiit nando tentasse dicuntur (Ammian. c. 6); Persarum rex metuens ne Romani, quorum priore victoria virtutem cognoverat, transitu per vim facto e manibus sibi elaboreatur, pacem iis flumine nondum traecto offerre consaltius duxit.

ib. v. 14. vid. hic Gregor. Nazianz. or. 4. Ritter.

ib. v. 20. provinciae, quibus postulante Persarum rege Romanis oedendum erat, fuerunt eae quas Maximianus olim Persis bello eruptas imperio Romano adiuxerat, et quarum nomina diversa produntur apud Ammianum, Arzanena, Moxoena, Zabdicensa, Rehimena et Corduena, cum castellis quindecim, porro Nisibis et Singara, cuius urbis in Zosimo mentio nulla, et castra Maurorum, monumentum perquam opportunum.

p. 168 v. 4. convenerat ne Arsaci, amioo et fido semper Romanis, contra Persas auxilium ferretur. quo factum est, ait Ammianus, ut Armenias maximum latus Medis conterminans et Artaxata inter dissensiones et turbamenta raperant Parthi.

ib. v. 6. pax inita est triginta annorum. Ammian.

ib. v. 11. imperii imminentis et occidentis ortum causamque explorandi studium deprehendas etiam in Eutropio, Ammiane (25 31), Sexto Rufo Festo. quanta cuiusque in eo argumento

et explicando peritia ac diligentia fuerit, a Valesio et Lindenbrogio ad Ammianum cum varietate sententiarum disputatur.

p. 168 v. 22. teste Plutarcho non proelio captus est Crassus, sed colloquii specie ad foedus percutiendum deceptus, ab hostibus contra fidem interceptus ac interfactus est.

p. 170 v. 7. missus est, ait Ammianus 25 8, *dux Mesopotamiae Cassianus et tribunus Mauritius.*

p. 171 v. 2. Ammianus l. c. *Sabinus fortuna et genere inter municipes clarus.*

ib. v. 12. exasperatus erat imperator, cum corona, quae ei offerebatur a civibus, vixdum accepta Silvanus quidam caudicis audacius exclamavisset: ita, imperator, a civitatibus residuis coroneris.

p. 172 v. 14. emendanda haec sunt ex Ammiano 25 8. *Procopius* alter, notarius (non Juliani cognatus, ut perperam scriptum a Zosimo est, quam Procopiorum confusionem iam Gronovius in Obs. l. 1 c. 26 p. 107 annotavit), et *Memorides*, militaris tribunus, Valentiniano comite in Illyricum et Galliam missi, iussu imperatoris *Lucillianum*, sacerum eius apud Sirmium otio degentem, oblatis magisterii equitum et peditum codicillis, cohortati sunt ut Mediolanum properaret et dubias ibi res firmaret. orta interim militum seditione Lucillianus peremptus est. Ammian. c. 10.

p. 173 v. 4. causam repentinae mortis, quamvis de morbo taceat, non unam tamen prodit Ammianus l. c., odorem cubituli recenti calce illiti, succensionem pruinarum immensam, et cruditatem ciborum, quam veriorem putat.

ib. v. 6. quos Socrates et Philostorgius numerant menses, ille *septem*, hic *decem*, ii minus accurate numerati sunt quam quos cum Sozomeno (6 6) Zósimus indicat: nam Iovianus postquam Iunio mense ad summam rerum enectus erat, Februario anni insequentis obiit.

ib. v. 11. monuimus iam supra ad p. 166 2 lapsum hic esse sive Zosimum sive Eunapium. nam hunc Zosimo ducem fuisse, locus in Suida docet voo. Σαλούστιος, qui Eunapii esse videtur.

ib. v. 22. Valentinianus, teste Eunapio, ubi ad Nicaeam imperator dictus fuerat, coronas a legatis urbium sibi oblatis benigne et benivole accepit.

IX. VALENTINIANUS I ET VALENS (l. 4 c. 1—24).

Quandoquidem ea quae ad Valentiani Valentisque historiam spectant, fere omnia, copiosius quoque, exposita sunt ab Ammiano, Zósimus, quamvis in hac historiarum parte nulli neque odii neque studii suspicioi opportunus sit, ad eam illustran-

dam non magnam habere potest utilitatem. contra ex eodem Ammiano, assumpto quoque Libanio et Themistio, si quid in Zosimo reperiatur minus bene traditum, redargui potest. Eunapii loca supersunt, quae ad haec tempora pertinent; quae tamen vix alium usum praestant quam ad comparandum utrumque et stili diversitatem cognoscendam.

p. 174 v. 3. neque Valentinianus solus neque in via, sed Cpoli una cum fratre febri correptus fuit, secundum Ammianum 25 4.

ib. v. 5. memoriae Iuliani principis amicisque eius, tanquam clandestinis praestigiis laesi, invidiam imperatores movebant.

ib. v. 9. Ammiani codex regius Salustum appellat; etiam Eunepius in Maximo Σαλούστιον. hic sub Juliano praef. praet. Galliarum fuerat, itemque sub Ioviano: divisione vero imperii inter Valentianum et Valentem facta praef. praet. fuit per Orientem, donec Nebridius in eius locum suffectus est. *Valesius.*

ib. paucos tantum dies Nicaeae commoratus Valentinianus citato inde itinere Niocomiam profectus est. in Zosimo igitur, qui abitum imperatoris ab urbe Nicaea iam fine libri praecedentis annotavit, pro Νικαίᾳ tentare possis Νικομηδείᾳ.

ib. v. 16. pluribus ea ab Ammiano (25 4) exposita sunt.

p. 175 v. 17. observatum est a Tillemontio (t. 5 p. 21) plures alias honorem et dignitatem pristinam retinuisse.

p. 176 v. 2. cf. Ammian. 25 5.

ib. v. 5. τὰς ἀν ταύρη πόλεις. vid. Comm. ad l. 11 de lnstr. vid. etiam not. c. ad leg. 22 c. Th. de episcoop. *Ritter.*

ib. v. 12. eam rem illustrat et confirmat l. 7 c. Th. de malefic. *ne quis deinceps nocturnis temporibus nefarias preces aut magicos apparatus aut sacrificia funesta* (haec ergo putanda sunt τὰ μυθαρώς πραττόμενα) *celebrare conetur, detectum aique convictione competenti animadversione mactari perenni auctoritate censemus.* cf. l. 5 c. de pagan.

ib. v. 14. Πραιτερέστερος. hunc eundem putat *Idsinga* (in Var. Iur. Civ. p. 8) cum eo quem memorat Macrobius Sat. 1 4 recte; id quod iam ante notaverat Gothofr. in Prosopograph. *Ritter.*

ib. v. 18. vana est opera Tillemontii (t. 5 p. 9) libertatem religionibus a Valentiniano concessam addubitantis et impugnantis. nam testantur eam et Ammianus 30 9 et ipsius imperatoris leges l. 1 c. Th. de malefic. *neque ipsam haruspicinam aut alias praesterea concessam a maioribus religionem genus esse arbitror criminis. teste sunt leges a me in exordio imperii mei latae, quibus unicuique, quod animo imbuiret, colendi libera facultas tributa est.*

p. 176 v. 22. legatis Alemannorum missis ad comitatum, ut quae eis vulgo praebebantur munera acciperent, cum minuta et vilia essent attributa, indigne id ferentes, et repudiatis abiectisque muneribus furore acti, abierunt et suos ad bellum acerimum accenderunt. Ammian. 26 5.

p. 177 v. 3. Ammian. 30 7: *utrobique Rhenum celestibus castris munivit atque castellis.*

ib. v. 17. Zоеimo ad stipulatur Ammianus 26 6: Iulianum, postquam Procopio propinquo suo ante aras, arbitris remotis, paludamentum tradiderat, hoc mandasse, ut morte ipsius in bello Parthico cognita fidentius imperium occuparet; cuius rei fama obscurior aliqua sine capite emanavit.

ib. cum in iis quae de Procopii vita in latebris acta et occupatae tyrannidis ratione narrata sunt, sint plurima, ut in rebus occultis et procul ab hominum sensu et notitia actis, partim miranda et incredibilia partim in diversum modum vulgata, Ammiani narratio, cum propter scriptoris auctoritatem et fidem tum ob rerum ipsarum probabilitatem, oeteris omnino est anteferrenda, lib. 26 6.

p. 179 v. 5. Dvitenses et Tungaricanos iuniores Cpoli in itinere morantes per quosdam ex iisdem numeris notes sollicitabat. Ammian. l. c.

ib. v. 8. *εκόντρας.* odio potissimum Petronii patricii, socii Valentis, hominis avari et crudelis. Ammian.

ib. v. 10. Procopii amictum theatralem describit Ammianus: *stetit subtibidus* (excitum putares ab inferis) *nusquam reperto paludamento, tunica auro distincta ut regius minister indutus, a calce in pubem, in paedagogiani pueri speciem, purpureis opertus tegminibus pedum; hastatusque purpureum itidem pannulum laeva manu gestabat, ut in theatrali scena simulacrum quoddam insigne per aulaeum vel mimicam cavillationem subito putares emersum.* Ammian.

ib. v. 15. *Kaisáqiov.* vid. l. 8 de iure fiso. et Prosopogr. Ritter.

ib. v. 17. Iulium comitem per Thraciam copiis militaribus praefectum et ad rebellionem opprimendam idoneum Cpolim ea arte ad se produxit. Ammian. 26 7.

ib. v. 20. est observatio Valesii ad Ammianum, hoc esse tribunal illud purpureis gradibus structum, quod iuxta curiam locatum erat in regione secunda.

p. 180 v. 13. *διεχρήσατο.* melius hic Ammianus 26 8 et 10. capta Cyzico, quam urbem Serenianus comes domesticorum tenuerat, ceteris venia data, ipse iussu Procopii in vinclis Nicaeam in custodiā ductus a praetore Marcello, qui ei urbi praeerat, Procopii morte cognita, media nocte improvisa caede perimitur.

p. 180 v. 14. ad hos Procopii successus referendus Eunapii locus Vit. Soph. p. 105 sq. mox *Scythes* ad Istrum Gothis sunt, et quidem ex Visigothis. cf. Theodoret. 4 11. *H.*

ib. v. 21. Athanarichum, παντος τε βασιλεων των Σευθων αρχοντα (Zosim. 4 34) et ab Ammiano (27 5) *Thervingorum iudicem* appellatum, per regem *Scytharum*, cum hoc loco tum in Excerptis Eunapii, quem noster sequitur, designari credimus, quandoquidem eius maximum inter gentes Scytharum nomen esset, et quatuor eius imperio parerent reges (Eutrop. 18 2. cf. Ammian. l. c.). neque tamen solus fuit qui Procopio auxilia misit (Ammian. 26 10).

ib. Gothorum *tria milia* auxilio missa. Ammian. l. c.

p. 181 v. 6. eo usque iam desponderat animum, ut augustos amictus abiicere cogitaret. Ammian. 27 7.

ib. eo tempore quo seditio Procopii nuntiata est, Arbetio apud imperatorem non praesto fuisse videtur, quia Valens eum iamductum in otio vivente ad se ut veniret hortatus erat, ut in suas partes pertracto viro magno iam natu et dignitate honoribusque conspicuo, Procopii, filiam ostendendo Constantii multos ad se trahentis, artes everteret.

ib. v. 9. Zosimus auctoritatem Ammiani praeferimus, dicentis Valentianum perlato ad eum rebellionis incerto rumore, quoniam de vita fratris in dubio haerebat, contendisse quidem in Orientem, ut fratri succurreret, injecto autem metu ne Galliae per ipsius et exercitus profectionem praesidio nudae barbari imminentes hostilia susciperent, priore consilio missa in Occidente se continuasse.

ib. v. 13. narrationi obscura lux ex Ammiano affunditur 26 9: *Gomoarius ubi compertum habuit quanta Arbetio apud milites valeret auctoritate, ad castra imperatoris, opportunitate intervalli proximi, captivi colore transibat, veluti accusu multitudinis visae subito circumseptus.*

ib. v. 17. teste Ammiano 26 9 a Thyatiris Sardes progressus Valens in Phrygiam contendit, ubi, cum ad Naooliam dimicaretur, non Gomoarius (nam is ante iam Valentis amplexus erat partes, c. 7), sed Agilo dux, quem Haplonem Zosimus vocat, repentina rem prodidit excursu.

ib. v. 19. *Hormidas, maturo iuveni et regiae stirpis sibili, tanta fuit potestas proconsulis commissa, ut more veterum res cum civiles tum militares administraret.* Ammian. 26 8.

p. 182 v. 9. ipse cum fugae sociis, qui vinculis eum ligatum ad imperatorem duxerant, cervice abscissa obtruncatus est. Ammian.

ib. v. 10. *Protector Marcellus urbis Nicæae praesidium agens, oasus Procopii cognito interfectoque Sereniano, confectum Chalcedonem profectus funestum imperium invavit. corruptus*

enim ab iis quos Valens miserat, vitae habuit exitum miserabilem.
Ammian. 26. 10.

p. 182 v. 14. ἀλλὰ καὶ τοὺς] vid. Comm. ad l. 3 ad leg. Cora. de sicar. n. 7. Ritter.

ib. v. 16. rhetores quidem, Themistius (orat. 1 93 B) et Libanius (vit. p. 56, or. 15 p. 413), a Zosimo discedunt, Ammianus autem, horrendas crudelissimasque quaestiones habitas describens, cum eo facit fidemque ei conciliat.

p. 183 v. 1 — 184 v. 3. constitui nonnulla hic possunt accuratius ex Ammiano 27 1 et 2. adversus Alemannos Gallorum fines incursiōibus infestaes Charietto per utramque Germaniam comes, cum Severiano itidem comite, proelio commisso rem male gesserat. post Chariettonis interitum Erulorum Batavorumque vexillum direptum, quod insultando tripluantes barbari crebro sublatum altius ostendebant, post certamina receptum est magna posteriora ad ea pertinere videntur quae a Zosimo p. 183 9 sqq. exposita sunt, et quanquam Ammianus exauctorationem Batavorum taceat, cum eo tamen in concordiam possunt redigi. id vero perperam traditum, ut ex sequentibus patebit, quod Valentianum ipsum proelio eventus haud prosperi interfuisse narrat. ea clade audita Dagalaiphus, ut rem restitueret, Parisiis eo missus est; quo cunctante et varia causante, Iovianus equitum magister eius vice bello praefectus, cum barbaros incautos adortus esset, stragem eorum dedit ingentem, in qua sex milia imperfecta barbarorum, rex ab Ascaris ad hostium cestra diripienda per iter aliud missis captus et, duce Romanorum inscio, patibulo suffixus est. et post haec redempti Parisios post claritudinem recte gestorum imperator laetus occurrit, eumque postea consulem designavit. (generatim cum Ammiano Zosimus in eo convenit, quod cum barbaris bis conflictus sit, primum male, mox prospere.)

p. 184 v. 7 — 186 v. 2. *Bellum Scythicum*. primum, quod cum Gothis a Valente gestum, ex Ammiano 27 5 illustrandum est. Gothi, qui societatis iure violato Procopio miserant auxilia, cum Victori iussu imperatoris causam violati foederis sciscitanti respondissent ea quae vanae iudicabantur, bellum iis iniuriae ulciscendae causa a Romanis illatum. Romanorum dux prope Daphnen munimentum ostra metatus est et ponte facto Istrum impune traeoit. insequenti anno cum transitum Danubii inundatio prohiberet, nulla re gesta Marcianopolim in hiberna discessit. (eodem refero verba Zosimi p. 184 18 sqq., quamvis difficultatem transseundi inundatione annis obiectam taceat.) tertio anno (369) ammis transmissus esset, adversus Gruthungos, bellicosam gentem, arma mota, et postquam Athanarichus levibus proeliis fuisse erat, Romanorum dux Victor Marcianopolim repetit, et ibi cum legatis barbarorum pacem potentibus foedus renovavit. inuit quidem Zosimus (c. 11) eandem incursionem, exponit

autem paulo aliter c. 11 *leviora certamina* apud Ammianum. quae de Ausonio dieta (c. 10), ea in Ammiano non occurunt.

p. 184 v. 12. exstant in Exo. Legat. Eunapii verba, unde haec petita sunt. *H.*

ib. v. 21. Μαρκιανοῦ πόλεως. vid. not. ad l. 1 de equor. collat. *Ritter.*

p. 185 v. 4. ad praef. pr. enim summa rei tributariae pertinebat, qui et quadriemenstruos breves ideo conficiebat, de quibus vid. tit. c. Th. et l. 173 de decur. hic etiam dicendum de portibus expeditionalibus, de quibus vid. l. 2 c. Th. de naufrag. in Comm. *Ritter.*

p. 186 v. 2. convenerunt Valens et Athanarichus colloqui causa, in ipso flumine Istro navibus vecti. ei rei interfuit Themistius, qui (orat. 10) imperatorem ob initam tunc cum Gothis pacem magnis laudibus extollit. cf. Ammian. l. c.

ib. convenit etiam tributorum, antea barbaris solutorum, cessare pensionem.

ib. v. 7. de *Modesto* vid. Prosopogr. c. Th.

ib. v. 15. cf. Ammian. 30 7.

ib. v. 19. Valentinianus seu *Valentinus quidam* gravis quondam noxae damnatus et in *Britanniam actus*, priusquam copta perageret, a Theodosio, ad barbarorum ibi incursions avertendas misso, comprehensus et supplicio affectus est. Ammian. 28 8.

p. 187 v. 4. Gratianus non accepta ante, ut mos antiquus erat, Caesaris dignitate imperator dictus est.

ib. v. 5. Ammianus: *adulto iam primum.* aestate octo annorum fuit.

ib. v. 14. data lex ibi 19 de episc. vid. et l. 63 de decur. *Ritter.*

ib. v. 16. Persis Armeniam invadere avidis imperator Arintheo duce copias opposuerat. Persae opportunum exsequendi consilii tempus nacti, cum Romanos quietos et a dimicazione abstinentes hostiliter adorti essent, magna clade fusi fugatiique sunt. Ammian. 27 12. cf. Themist. or. 11.

ib. v. 19. Theodori secundum inter notarios gradum tenentis mores adumbrat Ammian. 29 1.

ib. v. 22. variae et discrepantes res traduntur. cf. Ammian. 29 1. de *praestigiis* non magis convenit inter scriptores. Ammianus l. c. rem de mensula explicat et simul τραπέζομαντζίνην describit. quod ad reliquos attinet, in tripode conspirat cum Zosimo Sozomenus 6 35, cuius verba annotasse sufficiat, qui gentiles philosophos fere omnes eo tempore capitis periculosa adiisse narrat contagione criminis ex magicis artibus ducti. quod

speciat ad c. 14. *Ritterus* hic laudat l. 8 c. Th. de malef. et mathem.

p. 188 v. 10. *Palladius ut veneficus et Heliodorus fatorum per genituras interpres ad Fortunatianum comitem rerum privatuarum conducti et ab eo praetorianae prefecturae iudicio traditi.*
Ammian.

ib. v. 17. *Palladius iste veneficus, clades alias super alias cumulando, detulerat quosdam veneficiorum notitia pollutos, alios ut appetitoribus imminuendae maiestatis consciens.* Ammian. l. c. *Ritterus* addit l. 8 c. Th. de fisc. debtoribus. *R.* infamis haec *Valentis quaestio in veneficos et magos* maioris ad res humanas momenti fuit quam vulgo intelligitur. saevitum enim est in philosophos et philosophorum bibliothecas tanta cum rabie, ut ab hoc inde tempore (a. 374) gentilium philosophorum omne fere nomen extinctum sit, regnet vero, per Orientem maxime, Christiana philosophia et religio. miror haec non animadversa Gibbono 5 6. *H.*

p. 189 v. 5. vid. l. 8 de fisc. debtor. et ibi Godofr. *Ritter.*

ib. v. 10. *Maximus, cuius haud exigua laus apud Eunapium (in vita Maximi) et Ammianum (29 1), oraculi cuiusdam versus audisse et reticuisse insimulatus, Ephesum in patriam reductus et capite ibi truncatus est.* vid. Eunap. in Maximo p. 109. cf. in Chrysanthio p. 190.

ib. *Patricius et Hilarius* vaticinandi periti, et *Simonides* philosophus et moribus severis invenis, illi gladio, hic flammis, extincti sunt. Ammian. l. c. Suidas h. v.

ib. v. 18. *Festus, ignoti sanguinis homo, de quo v. Ammian. 29 2 et Eunapius in Maximo.* cf. Suidas v. Φῆτρος et Prosopogr. c. Th. *Ritterus* laudat insuper not. d. ad l. 8 c. Th. ad leg. Corn. de falso, ex Ammiano Eunapio Libanio et Suida. itemque praefat. ad t. 2 eiusd. c. in fine.

ib. v. 20. ea aetas, praeterquam vitis bonisque hominum, literis etiam pernicioса fuit, multis codicibus igni traditis. vid. Ammian. 29 1 et 2.

p. 190 v. 5. *hanc Valentini severityem pluribus describit Ammianus 30 5 et 7.* tributa aucta, et si qui solvendis iis non essent, in carcерem perpetuo conditi sunt, unde tantus optimatus terror injectus est ut alii extrema metuentes peregre abirent, alii vitae iam pertaesи suspendio sibi mortem consciscerent.

ib. v. 11. *potiorum ducum, Ammianus l. c. inquit, flagitia progredi sinebat in maius, ad querelas in eos motas aliquoties obsurdescens, unde Britannici strepitus, Africanae clades et vastitas emersit Illyrici.*

ib. v. 12. Ammian. l. c. *invidia medullitus urebatur — bene vestitos oderat et eruditos et opulentos et nobiles; et fortibus detrahebat, ut solus videretur bonis artibus eminere.*

p. 190 v. 14. de Romano late Marcellinus. vid. Socrat. 5 16, Sozomen. 7 15, qui alium Romanum memorant, Aegypti comitem, ab hoc diversum. vid. Prosopogr. *Ritter*.

ib. v. 15. rebellionem Firmi, filii cuiusdam inter nationes Mauricas reguli potentissimi, qui cum fratri Zamiae a se caesi vindictam a Romano comite timeret, descoverat et gentes Maurorum ad res concitaverat novas, compressit Theodosius magister equitum adversus eum missus. Ammianus 29 5 regem eum appellat, Zosimus et Augustinus imperatorem; in nūmis Augusti nonine exhibetur. vid. Valesius ad Ammian. l. c.

ib. v. 21. secundum Ammianum (29 6) *Marcellianus* (Zosimi Celestius) *castra praesidiaria trans Istrum aedificare iussus*, regem Quadorum id iudigne ferentium, hospitali iure violato, post epulas digredientem occiderat. ea caedes ad iram barbaros ita excivit ut incurando fines Romanos late omnia agebant ferrent.

p. 191 v. 9. vide Ammianum 29 6, qui Theodosii virtutes et de Sarmatis liberis victorias partas laudat et explicat.

ib. v. 14. cum Macriano Alemanorum rege Valentinianus, qui Germanorum fines saepe populando ingressus erat, pacem conclusit. Ammian. 30 2, 29 4.

ib. v. 15. persequendo hosti dum ipse imperator, Istro transmisso, instabat, Merobaudem cum copiis, quibus praefectus erat, vastatum hostium agros misit. Ammian. 30 5.

ib. v. 19. legati Quadorum, in latrones ab optimatibus gentis populati culpa agri versa, de castellis quae in finibus Quadorum Romani exstruxerant conquerebantur. Ammian. l. c.

ib. v. 21. vid. Ammian. 30 6.

p. 192 v. 5. οὐκ ἀλογον. vid. Fabrottum ad l. 1 c. Th. de pagan. et Gothofr. *Ritter*.

ib. v. 10. λερογαρτεῖν. vid. Comm. ad l. 14 c. Th. de pagan. *Ritter*.

p. 193 v. 1. vid. Suidas h. v. recensens Syriani scripta, in quibus tamen carmen hoc loco memoratum omittitur.

ib. v. 8. Merobaudi suspicio erat fore ut Gallicanus quoque miles fidem mutaret. cf. Ammian. 30 10.

ib. v. 9. γαμετῆς. scil. *Iustinae*, quae centesimo lapide ab exercitu in villa cum filio degebat. Ammian.

ib. v. 12. Quadrinum eum Ammianus (30 10 ibi Valentinius) dixit.

ib. v. 13. cf. Eunapius in Exc. de Legat. p. 19 c. de ea regni inter Valentinianum et Gratianum facta descriptione vid. Tillemont. t. 5 p. 707 not. 3.

ib. v. 18. Roma cum Africa in commune tenebatur. vid. Commun. ad l. 11 de lustral. collat. in f. et Comm. l. 6 de sicar. *Ritter*.

p. 193 v. 20. vid. de Isauris Comm. l. ult. cod. Th. de quaest. et Commentatores ad Marcellinum. sed graeca illustrabit partim Chrysostomus in epp. partim Strabo. *Ritter.*

ib. v. 21. Pisidas eosdem esse qui *Solymi*, Stephanus Byzantinus in utroque nomine auctor est, *οἱ Πισίδαι*, inquiens, πρότερον Σόλυμοι, et alibi Σόλυμοι *οἱ νῦν Πισίδαι*. Plinius quoque 5 27 consentit. at Isauros hos ipsos esse qui Pisidae vel Solymi dicuntur, nemo forsitan praeter Zosimum dixerit, nisi quis laxe interpretetur nomina, quo modo Florus 3 6 *Isaurum* arcem Ciliciae arcem appellat. *Cellar.* eandem Isaurorum incursionem Ammianus etiam 27 9 indicare videtur.

p. 194 v. 8. quos *Hunni* primos adorti sunt, fuere *Gothi orientales* (Ostrogothi), quibus victis fugatisque Gothorum occidentalium rex Athanaricus ad Danastrim occurrit, cum vero eorum impetum male sustineret, ad montium praerupta confugit, mandato Gothis dato, ut suis quisque rebus consulteret; atque ex his Visigothis fuere illi, qui sedes in altera Istri ripa concedendas petierunt; Zosimus Eunapii aliorumque exemplo Scythos eos appellat. *cf. 4 25.* de Hunnis consule Hist. Guthrian. t. 15 p. 1 p. 187 sqq. ubi doctiss. vir *Gebhardi* sobrie et circumspecte attingit opinionem Desguignii V. C. ab extremis Sinarum finibus Hunnos repetentis, quam parum exploratam admisit et historiae suae intexit V. Cl. *Gibbon* vol. 2 p. 574 sqq. *H.*

ib. v. 10. in pervestiganda sede unde Hunni egressi, et per suas terras cursu suo vagati sint priusquam Romanos fines accesserant, studium collocarunt viri doctissimi, *Desguignes* in *Histoire des Huns*, probabilibus quidem ad speciem argumentis, minime vero validis et certis e Sinae consuisi eos excitos in Europam transiisse credens; *Belius dissertatione de vera origine et epocha Hunnorum Avarum et Hungarorum in Pannonia* 1757. inter veteres Aminianus 31 2 ceteris accuratius de eis egit. vide Histor. catholicam Guthrianam t. 15 p. 1 p. 187 sqq.

ib. v. 11. vid. 4 7.

ib. v. 12. Herodotum si attentius legisset Zosimus Eunapiusve, ea quae hic tricatur abessent. de Hunnis enim, ut Wesselinii quoque affirmare auctoritate licet, nusquam quoquam Herodotus dixit, de Sigunnis autem, quo nomine Zosimus, ut res docet, deceptus est, nonnulla, sed longe diversa nec ad gentem aliquam sed ad equos spectantia tradidit. de populis enim ultra Istrum coletibus cum egisset declarassetque unam ibi gentem esse, cuius nomen Sigunnae sit, de equis eorum haec subiicit: τοὺς δὲ ἵππους αὐτῶν εἶναι λασίους ἀπαν τὸ σῶμα, ἐπὶ πέτρες δακτύλους τὸ βάθος τὰν τριχῶν· μικροὺς δὲ καὶ σιμοὺς καὶ ἀδυνάτους ἄνδρας φέρειν. itaque de Hunnis sunt ea prave accepta quae ad Sigunnarum equos pertinent.

p. 194 v. 20. *mores Hunnorum uberioris ab Ammiano L. c. explicati sunt.*

p. 195 v. 5. *in hoc loco quaedam ex Eunapii fragmentis (de Legationib. p. 19) ad illustrandum Zosimum peti possunt. saltem ille narrat ad Valentis animum non exiguo^s stimulus admovisse simultatem in nepotes ex fratre, qui regnum inter se partiti erant avunculo non appellato; receptis itaque barbaris vires se imperii non parum auxisse ille sibi persuaserat. Ammianus memoriae prodidit, amicorum fortunam imperatoris efferentium, quod ex ultimis terris tot tirocinia traheret augeretque militari provincialium militiae vacationem redimentum tributo thesauros regios, adulatoria oratione effectum esse ut barbaris trans-eundi venia fieret.*

ib. v. 10. eadem in Eunapii fragmentis p. 14 exstant.

*ib. v. 18. in provinciarum direptarum numero Pannoniae neque ab Ammiano neque ab Eunapio, qui Thraciam tantum Macedoniam et Thessalam populatas dicit, mentio facta est; quare delecto eo nomine inferre nomen *Mugiaç* placet, provinciae cum ceteris devastatis situ propioris, tum ab Ammiano in vastatarum et direptarum numero positae. per omnes latitudines, Ammianus inquit, *Thraciae barbari vastabundi pandebantur impune, ab ipsis tractibus quos praetermeat Ister, adusque Rhodopen et fretum quod immensa disternat maria, rapinis et caedibus sanguineque et incendiis et liberorum corporum corruptelis omnia foeditissime permiscerentes. — consumptis per Scythiae regiones et Moesiae omnibus quae mandi poterant, barbari magnis motibus erumpere ardebat.**

ib. v. 20. in hac narratione seditionis barbaricae Zosimus, et qui ei auctor est in illa re Eunapius, in reprehensionem saltem incuriae vel negligentiae incurunt: nam servilis, ut Gibbonius iudicat, adulationis certe Zosimus, qui ad vituperandos imperatores quam ad adulandum iis pronioris est ingenii, non insimulandi videntur, dum de Romanorum ducum iniuriis flagitiisque nihil satis graviter memorant. nam si Ammianum legimus, indignamur barbaros Romanorum avaritia foeda redactos ad eam ciborum inopiam ut canum pretio libertas venderetur, adeoque ad necessitatem rebellandi compulso.

Iniuriam faciunt Zosimo cum hoc loco tum paucim alibi viri docti, et in his cl. editor, quod modo incuriae, modo adulationis eum insimulant, ubi aliquid omisit, quod narratum ab eo desiderabant. atqui brevitatis studio multa omittere debuit. hoc vero in loco multo minus in suspicionem erat addendum, cum iam v. 18 de Romanorum avaritia et libidine gravissime esset conquestus. et attigerat haec eadem Eunapius, quem sequitur. quod nonnullis in locis expatiatur Zosimus, hoc ipse aliquo in loco ea se de causa facere ait, quia alii scri-

ptores eadem omiserant. videtur adeo interdum aliquid persequi-
latiore oratione, cum is ab aliis aut omissum aut parum diligenter
narratum repperisset. aliis in locis hoc speotasse videtur, ut
brevitatis taedium temperaret interpositis inter summarie expo-
sita partim digressionibus partim factis mirabilibus copiosius ex-
positis. iudicium in homine haud raro desidero; fidem haud
facile; etsi iudicium scriptoris vel sic pro ea aetate haud vulgare
agnosco, comparatione cum Christianis scriptoribus facta. itaque
quoties, eiusdem rei consiliis ab alio scriptore propositis aliis,
Zosimus diversum aut novum consilium aut causam afferat, non
statim malae fidei aut erroris est acousandus, sed cum ceteris
est componendus et altera ratio alteri attemperanda: v. c. sup.
c. 7. *H.*

p. 196 v. 1. ἐπὶ Θράκης. cf. Eunap. in Exo. de Leg.
P. 14.

p. 197 v. 6. ε Saracenis nunc inter copias Romanas haberi
videmus equestres turmas. Arabes ita appellatos satis constat,
et quidem ab initio tribus certas Nomadum. prima eorum me-
moratio fit sub Marco imp. v. Ammian. 14 4. cf. ibi Vales. add.
p. 392. cf. 23 4 p. 368 *scenitas Arabes, quos Saracenos po-*
steritas appellavit, in Arracenis Plinii 6 32 alli eos latere pu-
tarunt, Romanas turmas ab iis fusas legimus sub Commodo
a. 192. *H.*

ib. v. 14. ab Ammiano 31 16 oopiosius et distinctis tem-
poribus haec narrantur.

p. 198 v. 1. diversa sed ad fidem propiora Ammianus 31
11 tradit, qui S̄ebastianum non sine voluntate Gratiani sed iussu
eius, quoniam Valens ab eo ducem providum illum et prudentem
petierat, Italia reliota ad Orientem venisse et peditibus, quibus
Trajanus ante imperasset, praefectum fuisse scribit. apud Sul-
dam h. v. magna eius laus exstat, fuit in eo ingens vitae duri-
ties et laborum patientia, comitas erga milites, et in rapinis eo-
rum coērēndis ac continenda discoiplina summa severitas; vi-
ctum sibi petebat nunquam delioatum, et quemadmodum peri-
cula non aversabatur, ita maxime mollitem fugiebat; προσκε-
ψουκώς δέ (ita Suidas siunilia fere dictis Zosimi fortasse ex Eu-
napiō afferre pergit) διὰ γνώμης ὁρθότητα τοῖς κατακομισταῖς
εὐνούχοις τῶν βασιλέων, εὑκολος ὡν διὰ πενταν καὶ κοῦφος εἰς
μετανάστασιν, διεδέχθη τῆς στρατηγίας. Gothos quosdam ad
Hebrum fudit.

p. 199 v. 13. incerta et ambigua est existimatio de pru-
dentia Sebastiani. Ammianus enim Valentem invidia flagrantem
virtutis et victoriae Gratiani de Lentienibus partae, ac simul li-
teris Sebastiani, quae a se in barbaros gesta erant dictis exagge-
rantis, impulsu, non exspectato ex Occidente auxilio, contra
aliorum consilia rem committere fortunae properasse.

p. 200 v. 8. ex iuvene, qui periculum evaserat, imperatorem in casa agresti a barbaris incensa flammis absumptum Romanis compertum fuit. aliis opinio fuit in proelio Valentem vulnera saucium cecidisse; adeo incerta fuit fama de eius morte. Ammian. 31 13.

ib. v. 15. *huc pertinet locus ex Ioanne Antiocheno in Excerpt. Vales.* p. 847. *Ritter.*

p. 201 v. 1. Illyricum, quod dicionis Theodosii, Sozomeno 7 4 teste, factum, ex sententia Tillemontii (t. 5 p. 716 not. 14) non omne, sed pars modo eius orientalis sub ius iudiciumque Theodosii successit.

X. GRATIANUS, VALENTINIANUS II ET THEODOSIUS (l. 4 c. 25 — 59).

Kunapii sunt quae his capitibus comprehenduntur, a ceteris scriptoribus partim omissa, partim negligentius et strictius posita, a suspicione tamen calumniationis in imperatores Christianos haud vacua. Ammiani, qui ad Theodosii initia substtit, auxilio et copia carendum nobis est; ex iis autem qui novi accedunt scriptores, nullus est, qui virtutes Ammiani exaequet. utilitatem tamen afferunt ad Zosimum illustrandum Themistius Libanius et Pacatus inter rhetores et sophistas, porro Chrysostomus, Ambrosius, tum Claudianus Synesius et Symmachus, quibus fides modo stabiliri modo labefactari potest.

p. 201 v. 4. ex morbo, quo in hac urbe implicabatur, mora iniecta. Sozom. 7 4. Socrat. 5 6.

ib. v. 5. inter legatos civitatum ad imperatorem missos Themistius fuit, cui rem suam urbs Cpolis mandaverat. vid. orat. Themistii 10. cf. Godofr. ad l. 7 c. Th. de legis.

ib. v. 15. quae nobis de hoc bello et parta per Modarem Victoria innotuerunt, ea fere redeunt ad Zosimi locum hunc. Tillemontius a Modare ad Theodosium Victoriae illius gloriam transferre studet.

p. 202 v. 18. secundum Ammianum (31 16), apud quem Gothorum in Asia per Iulium caesorum mentio fit, quamvis summatim, accurate tamen et suo loco facta, barbari non longe post Valentis casum, sed medio tempore inter eius mortem et Theodosii imperium susceptum ad interneionein deleti sunt (cf. Tillemont. t. 5 p. 714 not. 11). itaque Theodosio rem narrare Julius non potuit, quemadmodum a Zosimo (p. 203 16 sqq.) memoriae proditum est.

p. 203 v. 5. *Magister militiae* ab Ammiano vocatur.

p. 204 v. 8. Ammianus: *datis tectionibus literis ad eorum rectores Romanos omnes.*

p. 204 v. 7. Ammianus: *exspectatione promissi stipendii securos ad suburbana productos.*

ib. v. 17. Ammianus: *quo consilio prudenti sine strepitu vel mora completo, orientales provinciae discriminibus ereptae sunt magnis.*

ib. v. 21. facilem accessum ad Theodosium fuisse testatur etiam Themist. or. 15 p. 190, Pacat. Paneg. c. 17 et 21.

p. 205.v. 1. *Magistrorum militum*, duobus a Constantino institutis, numerum filii ipsius auxerunt. nam quattuor per regnum eorum apud Ammianum (16 7 ibi Valesius') occurunt, in Occidente perpetuo bini fuerant, in Oriente ad quinos. in Notitia utriusque imperii magistrorum militum nomina et dignitates ita indicantur: I. *Magister militum in praesenti*, qui legiones palatinas vi habebat, vexillationes palatinas equitum v, vexillationes comitatenses equit. vii, auxilia palatina xviii. II. *Magister militum in praesenti*, qui legiones palatinas vi, vexillationes comitatenses vi, legiones palatinas vi, auxilia palatina xvii. III. *Magister militum per Orientem*, qui vexillationes comitatenses vi, legiones comitatenses ix, pseudo-comitatenses x. IV. *Magister militum per Thracias*, qui legiones comitatenses xxi, vexillationes palatinas equitum iii, vexillationes comitatenses equit. iv. V. *Magister militum per Illyricum*, qui legiones comitatenses viii, legiones pseudo-comitateuses ix, legionem palatinam i, auxilia palatina vi. vid. Pancirolli ad Not. Dign. utriusque imperii in Thes. Graev. t. 7.

ib. v. 15. δαπάνην. vid. c. 38.

p. 206 v. 5. ut ab imperatore crimen magistratum pretio venditorum amoliantur, ad Symmachum l. 3 ep. 81 provocant, qui in magistratibus constituendis severum eius iudicium laudat. ea vero cum in epistola ad Rufinum, cui fratrem commendatum cupiebat, scripta sint, non magis fidem habent quam quae ex Pacati Panegyrico c. 17 laudantur, quaeque pro lubitu etiam in contraria trahi posse videntur. maior est fides penes Chrysostomum (or. 16 ad pop. Antiochenum t. 2 p. 164 ed. Bened.), qui cum Zosino conspirat: ἐκεῖναι μὲν γὰρ αἱ ἀρχαὶ οὐ πάντων εἰσὶ τῆς κατὰ ψυχῆς ἀρετῆς ἀποδεῖξεις· χρημάτων γάρ εἰσιν ὡνηταὶ καὶ φίλων κολακεῖαις γίνονται. cf. tit. c. Th. ad leg. Iul. de ambitu.

ib. v. 8. cf. l. 13 c. Th. de suspect. et ibi Comin. provinciis numulariorum quaestui committendis cum iam a superioribus datum sit imperatoribus exemplum (nam Valentianum Ammianus 30 9 laudat, *quod provincias venales non habuerit*), ea res nova atque insolens haberi non debet.

ib. v. 12. copiarum admodum exiguum numerum sub Theodosio fuisse, etsi Themistius a Theodosio maiores copias quam unquam habuerit orbis Romanus habitas fuisse pronuntiat,

non sine fide traditum habebitur, dummodo utriusque testimonium de diversis temporibus intelligatur. multitudinem enim militum postmodum magnopere auctam fuisse vel ipse Zosimus (c. 30) exponit accuratissime.

p. 206 v. 14. huc pertinet locus Libanii (orat. ad Antiochenos p. 18 ed. Morell.), in quo fortunam divitum olim familiarum deplorat, quae ita ipsius aetate opibus erant destitutae ut ad penuriam opum rerum egestatemque redactae essent.

p. 207 v. 4. vid. Comm. ad l. 7 c. Th. de pagan. habuerunt enim gentiles sub Theodosio annis 379 et 380 adhuc potestem adeundi tempa, quae adempta iis a. 381. vid. infra c. 33 in fin. *Ritter.*

ib. v. 6. etiam Synesius (de regno p. 21 seqq.) auctor est, adscriptam militum numeris a Theodosio barbarorum colluviem esse, civesque vacationis a militia commodum pretio sibi comparasse; quae quidem collatio alendo barbaro militi, quandoquidem ad stipendiiorum necessitates ne religione quidem sacrisque templorum imperator abstinuit (Zosim. 4 59), haud sufficiisse videtur. quicquid postea hostibus oppositum roboris, barbarorum magis quam Romanorum fuit. in bellis adversus Maximum et Eugenium tyrannos, Gothorum plus quam viginti milia stipendia fecerunt (Jornandes de reb. Get. c. 28. cf. Zosim. 4 45 et 57); Cpolim ingens barbarorum multitudo deducta (Themist. or. 18), et Pannoniae urbes, populationibus iamdudum evacuatae, a militantibus sub Theodosio Scythis impletæ sunt (Pacat. Paneg. c. 32).

p. 209 v. 10. in explicando eo bello quo barbari per tres annos provincias populando Romanas vexarunt, Zosimus copiosus quidem, sed non satis diligens fuit; quippe tempora, quibus quaelibet res gesta sit, notare et incursiones suo ordine memorare neglexit, inde factum est ut ex omni narratione eius nihil amplius liquido constet, quam quod Theodosius, antequam Gratiani auxilio adiutus esset, modo victor modo victus fuit, ope vero Gratiani barbaros fusos finibus expulit; quibus rebus nec ceteri refragantur scriptores.

p. 210 v. 4. sine praesidio et tutela urbem Thessalonicanam et regionem circumiacentem fuisse Ambrosius testatur ep. 22.

ib. v. 24. Θραυσθόν ἀκτελῶν. haec etsi invidiose, ut quibusdam visum, in imperatorem Christianum dicta non sint, certe tamen cum temporum ratione haud convenienter exposita sunt, ab aliis enim (Philostorg. 9 19) memoriae proditum est, profligato iam bello, de barbaris ad Sirmium superatis triumphatum esse.

p. 211 v. 2. συνεκτείνων δὲ τῷ τῆς πόλεως μεγέθει τὴν τῆς τροφῆς ἀμετέλεαν, h. e. tanto maiore luxu nunc usus, quo maior esset urbs, in quam se contulerat; sc. cum in exigua urbe exi-

guae profusionis opportunitates et copiae sunt. non probo acumen scriptoris; hunc tamen in sensum verba esse dicta manifestum fit. neo paullo ante θεοδόσιον ἔτελον de vero triumpho accipiendum est; agitur de ingressu in urbem Cpolim Noveb. a. 380. itaque nec tempora permutasse Zosimus videri debet. omnino illius, aut potius scriptoris, quem ille sequitur, auctoritatem in Theodosii rebus nolim equidem prorsus elevandam ac spernendam habere. quae enim de corruptelis aulae et imperii memorantur, cum rerum conditione nimium convenient, quae aut tum fuit aut sub filiis Honorio et Arcadio insecuta est. quorum enim malorum hic excrevit seges, iacta erant semina iam superioribus Theodosii temporibus. quo magis miror acutissimum virum, Gibbonum, tanta in eum indulgentia uti. *H.*

p. 211 v. 18. cum detimento rei publicae imperator Gothos, postquam nomen eorum delere frustra tentarat, oblata per Saturninum ultro pace in fines imperii recepit, agrosque eis in Moesia et Dacia ripensi assignavit. Synesius de regno p. 25.

ib. v. 21. vitae luxuriis ac voluptatibus deditae notam a Theodosio neque Victor, legem memorans ministeria lasciva psaltriasque comissionibus adhiberi prolibentem, neque Pacatus, mensae imperialis impensis dicens imminutas iussu imperatoris esse, amovebunt, neque contra Zosimi (c. 28, c. 41, c. 50) et Philostorgii (11 2) luxuriem Theodosii reprehendentium auctoritatem continentiae laudem vindicabunt. quanta enim in laude Panegyrici, aut in lege aliorum luxuriis modum statuente, inesse potest vis ad abstinentiam imperatoris et alienum a libidinibus et voluptuosa vita animum demonstrandum?

p. 212 v. 7. τὸ θεῶν ἔδη (ut pro εἰδῆ legendum esse dicimus). primum sacrificia fieri et intrari templa adorandi numinis causa interdictum; mox haruspicia etiam institui prohibitum, templa sine iussu imperatoris demolitus est plebis et militum a monachis concitatus furor (Liban. or. pro templ. gent. non exscind.).

ib. v. 14. res ea eget luce ex aliis scriptoribus affundenda. Gothi ducibus Fritigerno Alloho et Saphrace, quos Germanorum Zosimus ductores nūnis lato vocabulo facit, cum post Valentis obitum a Cpoli ad usque Alpes Iulias praedando vagati, a Theodosio anno 379 repulsi, et traecto Istro ad suos redire coacti essent, eo aegrotante divisa bifariam multitudine flumen iterum transierunt, ita ut Fritigernus ad Thessalam Epirum et Achaiam praedandam digrederetur, reliqui cum Alatheo et Saphrace Pannoniam peterent. Gratianus, cognita re, e Galliis, quo tumultus Vandalici causa erat cum copiis profectus, motus hostiles, demulcendo animos muneribus potius quam armorum vi cogendo, sedavit, factamque pacem Theodosius, postquam convalescerat,

ratam habuit. Iornandes de reb. Get. c. 27. cf. Sozomen. 8 4, Socrat. 6 6, Idat. ad a. 379.

p. 212 v. 18. Moesiam et Pannoniam si cum Tillemontio (t. 5 p. 729 not. 8) aut Valentiniiani aut Theodosii fuisse credere velimus, non idcirco tamen alterutrius potestati eas subtratas a Gratiano et barbaris in dicionem traditas statuere licet; sed transeundi modo per illas ad Istrum traiiciendum, quo maturius ab eorum vexationibus liberaretur, copiam eis esse factam. Zosimus quidem illas provincias Gratiani dicere videtur (c. 30).

p. 213 v. 3. cf. Ammianus 27 5.

ib. v. 18. Σκύρος. de Scirris loquitur, qui ab extremis Vistulae ripis processerant. *Carpodacas* probabile fit, esse Carpas Daciam incolentes. *H.*

p. 214 v. 4. hanc barbarorum, qui *Odotheo* duce Istrum traiecerant, internacionem a. 388 factam pro eadem haberí video cum altera in a. 386 referenda, quo Honorius primo Consul fuit, c. 38 menorata. sane utriusque auctor Proinotus, et ratio utriusque haud absimilis, inprinus si Claudianum audimus, etiam in altera hac Odotheum et Greuthingos coenmemorantem, de 4 cos. Honor. 623 sqq. potuit tamen Odotheus bis Istri transitum tentare et bis cladem accipere. altera tamen clades a. 386 multo illustrior est, cum et Theodosius de ea triumphum egerit et Columnae Theodosianae argumentum ad eam referatur. mox v. 21 νικωμένους non erat tentandum *): nihil frequentius, quam νικάσθαι θυμῷ, ὀργῇ, et aliis animi affectibus ηττάσθαι. *H.*

ib. v. 13. id etiam imperatorem apud milites in contemptum adduxit, quod ludicra levia et inania potiora quam rei militaris curam habebat. cf. Ammian. 31 10.

ib. v. 21. nihil in his quod a probabilitate abhorreat aut fidem Zosimi labefactare possit. interim Sulpicius Severus (Dialog. 2 7) et Orosius (7 34), consilio et culpa seditionis a Maximo aversa, non cupiditate regni eum ad tyrranideum occupandam stimulatum, sed vi militum adactum fuisse narrant.

ib. v. 22. Hispanum natione fuisse diserte notat Zosimus, ut errent qui Britannum faciunt. Socrates quidem (5 11) Μάξιμος ἐκ τῶν περὶ τὰς Βρεττανίας μερῶν ἐπανέστη τῇ Ρωματῶν ἀρχῇ, sed ex his verbis non intelligitur eum ex Britanìa oriundum esse, sed inde rem Romanam invasisse. *Barthius.* obseruatum est idem a Tillemontio. *Ritterus* addit Maximorum familiam Romae fuisse, in quibus erat is qui Valentianum A. occidit, et senator de quo Procop. Goth. 1 25 et luculenter Vandal. 1 4.

p. 215 v. 21. Lugduni in Gallia, non Singiduni in Moesia imperatorem a suis desertum et ab hostibus captum caesumque esse docet oum aliis in primis Ambrosius, cui cum rei ex pro-

*) Reitemeierus valebat κινονμένους.

pinquo verius compendiæ copia fuerit, fides habenda potissimum. neque Zosimi verbis emendatio, quam proposuit *de la Bastie* (Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 15 p. 81), ut ἐν Λογγιδούνῳ pro Σιγίδονῷ scribatur, etsi pronus in istis nominibus lapsus et a scribarum oscitantia haud alienus videtur, ullam afferre potest medelam, quia fuga per Rhaetiam Noricum Pannionam et Moesian facta manifeste repugnet.

p. 216 v. 1. vid. ad hoc caput leg. 7 c. Th. de ins. his quae sub tyrannis. *Ritter*. plura in hoc capite indocte *de Pontificum origine* et sacerdotio tradita sunt; intacta a cl. interprete relicita, quia, puto, in oculos incurunt. ceterum *de Pontificatu maximo imperatorum* multa sunt disputata. v. Pagi ad a. 312. Bosii Diss. in t. 5 Thes. Graev. et al. praeter numum in notis ad v. 22 e Spanhemio notatum exstat unus et alter cum epigraphie P. M. ap. Bandur. Numism. t. 2 p. 246, 247 add. p. 298 col. 2. II.

ib. v. 11. aliam etymologiam tradunt Dionysius Halicarnasseus 2 132 et Varro de l. l. 4, ex eo pontifices dictos esse, *quod ab iis sublicius pons et factus primum et restitutus saepe, cum sacra et uls et cis Tiberim non mediocriter fierent.* itaque si verbum verbo reddendum est, pontifices sunt γεφυροποιοι. *Sylburg*. unde Zosimus vana haec et absurda de pontificum origine hauserit, nemo dixerit. simulacra prima in Thessalia fuisse confecta, hominum fortasse exstitit opinio seniorum aetatum. ex Thessalia sane migrasse narrantur Pelasgi, qui inter Aborigines sedes obtinuerant. Gephyraeos novit antiquitas (v. Herodot.), sed ab his a Zosimo nominatis haud dubie alienos.

ib. v. 22. et Constantinum, iam tum vere Christianum, et Valentinianum cum Valente pontificis mox titulo usos esse ex inscriptionibus constat apud Gruterum et alios. *Cellar*. in numo Constantini istum titulum vidit Spanhemius Diss. num. t. 2 p. 415.

p. 217 v. 4. inique hoc ab nonnullis in dubium vocatum; quorum dubitationibus dispellendis operam dederunt I. A. *Bosius* diatriba de pontificatu max. imperatorum R. Christian. (in Thes. Graev. t. 5) et *de la Bastie* du souverain pontificat des empereurs Romains (Mem. de l'Acad. des Inscr. t. 15 p. 75 seqq.).

ib. v. 11. spectat haec Theodosii simulata in Maximum observantia ad a. 384, ut adeo *Cynegii* prosector in Aegyptum non multo senior esse possit. data est ad eum l. 9 c. Th. de Paganis a. 385, qua extispicina interdicitur. ex Zosino insuper discitur, ei mandatum fuisse, ut templo per Orientem, Aegyptum et Alexandriam occluderet. II.

ib. v. 21. teste Pacato (Panegyr. c. 43) Maximus cum arte simul suae rei consultum vellet, omnia quae ageret auctoritate geri Theodosii fraudulenter militibus persuasit, quo facto videtur non milites modo, nt in fide manerent et ad bellum enixius operam navarent, sed historicos etiam decepisse, ut ei a

Theodosio ius regni factum crederent, cui rei imperator ipse, imaginum honore sibi Maximum aequando, multum adiecerat fidei.

p. 218 v. 2. l. 9 c. Th. de paganis haec illustrabit. *Ritter.*
de Cynegio vid. Prosopogr. o. Th.

ib. v. 5., vid. Comin. l. un. de his qui ad statuas confugint. *Ritter.*

ib. v. 14. observante Lindenbrogio ad Ammianum 27 11 Prothlingi apud alios audiunt Gruthingi, Greuthingi, Gothunni, Gautunni, Trutungi, Vithungi. in tanta scripturae huius nominis diversitate si quis aut Προθίγγος retinere, aut, ut ad vulgare nomen magis Zosimi scripture attemperetur, cum Salmasio (ad Vopisci Probum o. 18) Γροθίγγος emendare malit, neutiquam male agere videtur. etsi enim hoc, quod Zosimus eam gentem esse alt antea plane incognitam, in Grothlugos, gentem longe ante notam, non quadrat, poterit tamen erroris ratio facile declarari. initio enim capitii 35, ubi gentis, cuius nomen non editum est, incursio in fines Romanos facta memoratur, barbari eam feoisse dicuntur non modo qui Istri accolae erant, sed alii quoque, quorum sedes longinquae erant et ignotae. commixtiouem eam barbarorum et cognitorum et obscurorum Zosimo fuisse fraudi suspicimur, ut Grothingorum, gentis Gothicæ satiis notae, nomen barbaris nondum auditis et incursionis sociis attribueret. *R.* Προθίγγος expungendos et Γροθίγγος esse refingendos dubitari nequit. sunt Greuthingi, qui ex Ostrogothis fuere. quod omnibus ois Istrum habitantibus barbaris, qui et ipsi Gothi erant, nomen antea inauditum fuisse dicitur, pro horum temporum fama diutum videtur. sane si Greuthingi lidei sunt qui Iuthungi Gothunni et multis aliis modis scribuntur, iam Glandii II illi et mox Aurellani temporibus in notitiam venerant. *H.*

p. 219 v. 22. ne nimis obscura sit narratio clavis huius Greuthingis in Istro illatae, monendum est navibus secundum litus inter se colligatis, triplici earum ordine facto, interclusisse Pronotum traiicientes barbaros ab litoris aditu. ad eosdem spectant p. 220 16 τὰ εἰς μῆκος συνηγμένα πλοῖα: nam ita legendum esse pro putido συγμένοις nolim dubitare. observandum porro τοῖς δὲ λοιποῖς ἀπαντών esse pro σὺν τοῖς λ. cum alia parte navium occurrit hostibus, sic et mox ταῖς τε ναυσὶ μεγάλαις pro σὺν τ. porro τούς ταῖς ναυσὶ περιπλέοντας διαφυγόντα, leg. παραπλέοντα: nam sunt triremes, quae remigio concitatae erant. quae vero sequuntur, ad alterum Istri litus spectare debent, unde discesserant, quod nando cum petisset pars, periire τοῖς περὶ τὴν ηὔνα τοῦ ποταμοῦ παροῖς ἐμπεσόντες. quid in τοῖς παλταῖς latet, non assequor. exspectabam cautes, scopulos acutos, qui-

bus affliguntur. an excidit vox: τοῖς περὶ τὴν ἡλόνα τοῦ πορ-
μοῦ παρετίνοντι σκοπέλοις? *H.*

p. 221 v. 4. si Claudio poetae fides sit (de 4 cons. Honori 633), Theodosium proelii periculum ipsum adiisse credendum est. sed poetam adulatiovis et historicum invidiae suspicio premit. de Gruthungis Theodosius cum Arcadio filio triumphum egit (Idat. et Marcellin. Chron. ad a. 386), et hic patri in huins victoriae memoriam Cpoli columnam posuit. vid. *Gyllius* topogr. Cpol. 4 7. monente *Rittero* bello Grothingico data l. 22 de ann. et trib. l. 113 de decur. ubi Godofredus et huius belli me-minerit.

ib. v. 18. Scythia haec Thraciae provincia fuit, quod etiam ex Festi Rifi breviario c. 9 et Notit. imp. Orient. constat. *Cellar.* cf. inf. 5 10 fin.

p. 222 v. 20. vid. l. 1 c. Th. de his qui ad eccles. config. *Ritter.* in hac de Gerontio narratione ab historiae, quae res imperii Römani exponere debebat, dignitate tam aliena, Zosimi iudicium et artem admodum desidero. in antecedentibus nonnulla vix satis assequor. *H.*

p. 223 v. 21. seditionem Antiochenorum a duobus oratoribus, Libanio et Jo. Chrysostomo, qui tempore turbarum motarum utrique in urbe praesentes erant, expositam habemus. subiiciente *Rittero* ad hunc locum pertinent ea quae ex Jo. Antiocheno in Excerpt. Vales. p. 851 de Theodosio Iun. recensentur, cum de maiore intelligenda sint; videntur ea ex Chrysostomi homiliis de Statuis desumpta, in quarum una plane eadem occurrit imperatoris sententia. cf. l. un. ff. quis imper. maledixit.

p. 224 v. 7. missum esse aliquem Cpolim, qui iram imperatoris leniret, nuspian in oratione Libanii (or. 14 p. 389) legimus, sed Hellebichum et Caesarium in seditionis autores inquirere iussos venisse Antiochiam et causa cognita noxios in vincula duxisse, quibus delicti mox ab imperatore data venia est. ceterum hic locus argumento erit orationem illam Libanii, quam alii in declamationum numero ponendam existimant, a Zosimo pro vera tamen et genuina fuisse habitam; etsi tam diversa a Libanio tradit, ut eam ne inspexisse quidem videatur.

ib. v. 18. vid. Comm. ad l. 3 de prostasia et not. d ad l. 55 de decur. *Ritter.* cf. Boissonad. Eunap. 1 p. 565 med.

ib. v. 15. provinciarum, in quas divisa Palaestina erat, prima consularis, secunda et tertia praesidiales fuerunt. vid. Notit. imperii tit. 7 p. 1626 Thes. Graev.

p. 226 v. 18. ὡς εἰρηταὶ μοι πρότερον. v. supr. 4 19 in. *H.*

p. 227 v. 12. reprehendunt Zosimum, quod mores contrarios in eodem homine tradat; etenim Theodosium, cum adversus tyrannum occulite bellum pararet, ambitiosum et alacrem, hic autem, in vindictae sumenda opportunity, ignavum et ut

labores bellique pericula aversantem perhiberi. potest ita res se habere, ut Zosimus iusto iniquior in Theodoium sit, potest etiam excusari illa contradicatio partim morum in Theodosio vicissitudine, infra exposita, tum mutato rerum statu; quippe cum Italia amissa esset, ei in belli civilis graviore mole periclitandum erat. legatio ad Theodosium missa, expositis iis quae a Maximo maudata erant, reversa domum neque spem neque repulsam tulit.

p. 228 v. 13. firmat Zosimi fidem testimonium Claudiani; et Tillemontius nihil agit, qui a Theodosio amoris flagrantis vim quasi maculam pietatis in eo celebrae amovere et abstergere studet, et levi subnixus argumento, ad annum priorem nuptias eius refert.

ib. v. 20. τεθνεώς. anno 388. vid. Idatius et Gothofr. ad l. 9 de pagan. *Ritter.*

ib. atqui exstant ad Cynegium pr. pr. lèx 23 c. Th. de suscept. praepos. et arcariis coss. Timasio et Promoto, 4 Kal. Decembris, et l. 5 c. Th. tributa in ipsis speciebus inferenda esse 15 Kal. Ian. iisdem coss. unde quia ad Tatianum iisdem coss. lex 17 c. Th. de haeret. 3 Non. Maii, lex 9 de falsa moneta 5 Kal. Iulii, lex 6 de quaestion. 8 Id. Sept., et l. 120 de decurionib. 16 Kal. Ian. datae sunt, etiamnum vivo Cynegio lectum fuisse praef. pr. Tatianum colligitur. quid? quod anno praecedente Theodosio II et Cynegio coss. ad eundem sit lex 2 c. Th. de Fabricensibus, 15 Kal. Nov. et coss. Honorio N. P. et Euodio, anno 386 l. 16 c. Th. de accusat. et inscript. *Reinesius.* haec observatio Reinesii male se habet et confusa sunt tempora. vid. etiam Comm. ad l. 16 c. Th. de haeret. *Ritter.*

p. 229 v. 1. vid. l. 15 de quest., l. 119 de decur., l. 19 de extraord., et in primis Comm. ad l. 2 c. Th. de his qui super religion. de hoc Tatiano Lycia oriundo agit integra lex 9 c. Th. de indulg. crim., quomodo quidem interpretatus est Gothofr. sed quem hallucinatum esse scribit et probat Pagi. *Ritter.*

ib. v. 2. nempe comes S. L. quando data est ad eum lex 1 c. Th. de Fabricens. et l. 8 de fals. mon. *Reinesius.*

ib. v. 3. τῇ πατρὶδι. indubitate haec ad Aquileiam spectant. quoniam autem Tatiano patria non Aquileia sed aut Lycia aut Thessalonica fuit, pro Ἀυγύης visum est Pagio melius rescribi Θεσσαλονίκης. equidem vocem Αυγίας ut permutationi cum Ἀυγύης facienda propiorem substitui malum. cf. Tillemont. t. 5 p. 761 not. 50.

ib. v. 4. de Proculo vid. l. 9 c. de annon. civ. *Ritter.* cf. Prosopogr. c. Th.

p. 230 v. 7. Theodosium ipsum mari Italianam petiturum esse hosti opinio fuit. Oros. 7 35.

ib. v. 11. pugna ad Aemonam Pannoniae facta, Maximo,

qui *victus fuga evadere et Aquileiae moenibus se tutari quaerebat*, Theodosius instabat. cf. Pacatus Paneg. c. 80 seqq. Oros. 7 35, et Socrates 5 14 ex quibus historia huius belli suppleri potest.

p. 230 v. 22. *huc pertinent fragmenta historici veteris, quae servat liber 2 Gregorii Turonensis.* *Ritter.*

ib. 23. apud Victor. ep. et in numis et inscriptionibus Augusti nomen gerit.

p. 231 v. 3. his addi potest, quod in Sicilia superstatae sunt copiae Maximi (Ambros. ep. 17), et quod victoria sua Theodosius moderate usus est (Pauug. Pacati l. c.). de morte Andragathii cf. Claudian. in 4 cons. Honorii. Oros. 7 35, Socrat. 5 14.

ib. v. 11. rebus Occidentis pacatis ordinatisque Theodosius, postquam tres annos erat Mediolani commoratus, in Orientem reversus est.

ib. v. 13. eo ipso tempore Iustina morte decessit. Rufin. 2 17. cf. Sozom. 7 14.

ib. v. 21. *Μακεδόνων.* vid. l. 2 c. Th. ad leg. Corn. de sicar. *Ritter.*

p. 236 v. 15. cadunt igitur haec gesta in a. 391: nam consul Rufinus a. 392. mox p. 237 14 τὴν ἐπὶ Θανάτῳ subint. ὁδόν, πορείαν. et quod sequitur, σχολαίτερον ἀπιών ἔφθασεν ἥδη πεσοῦσαν τὴν κεφαλήν, transitive dictum puto ἔφθασι pro ἐποίηστι φθάνειν πεσοῦσαν.

p. 236 v. 18. sequentia illustrant leges 1 de peculat. et l. 12 et 13 de bon. proscr. et 9 de indulgent. crimin. vide ibi comm. Godofr. adde l. un. de possessione ab eo qui bis, ibique not. b. *Ritter.*

ib. v. 24. ob Lyciam male administratam vel in Lycia aliquid delictum in ius tractum fuisse apparet e lege 9 c. Th. de indulg. crim. impp. Arcadio et Honorio, coss. iisdem. *Reinesius.* legem dictam aliter interpretatur Iac. Godofredus commentator. in Theod. cod. nempe Lyciam iufamatam fuisse propter damnatum civem Lycium, Tatianum, cuius summa culpa fuerit, ut ipsius legis verba habent, *temporalis offensio deterrimi iudicis inimici*, id est Rufini. *Cellar.*

p. 237 v. 11. Aquileiae scilicet, ut ex cap. 45 apparuit; sed anno 392 coss. Arcadio et Rufino usque ad mensem Iulium fuit in officio. exstat enim l. 127 c. Th. de decurionib. ab impp. Theodos. Arcad. et Honorio data, coss. Arcadio A. II et Rufino, prid. Kal. Iul. Cpol. *Reinesius.* sed vid. not. ad p. 229 3.

ib. v. 14. suburbium hoo *Peram* (quasi Περαιάν seu πέρας χώλου) et *Galatam* vocant. est vero trans sinum qui *Κέρας* dicitur. *Leunclavius.*

p. 238 v. 1. in describendis Arbogastis moribus scriptores

in diversa abeunt. Suidas h. v. eum laudibus effert, Orosius 7 35 et Socrates 5 25 reprehendunt; quem dissensum morum bonorum pravorumque consortio in uno eodemque homine haud infrequenter observato attribuere oportet.

p. 238 v. 5. ὅσα μὴ καλῶς. cf. Sozom. 7 22.

ib. v. 11. γράμματα, quae Libanius γραμματεῖα, Sozomenus et Synesius διατάγματα, Ammianus literas vocat, sunt codicilli, iis quibus magistratus aut provincia conferretur ab imperatoribus dati.

ib. v. 22. auctor Hist. Miscellae 13 11: *grammaticus quidam nomine Eugenius, literarum Latinarum doctor, relinquens scholas in palatio militabat, eratque imperatoris Valentiniani antigraphus et propter eloquentiam a multis honoratus. Cellar. a Socrate etiam appellatur Eugenius ἀντιγραφεὺς τοῦ βασιλέως.*

p. 239 v. 1. de Richomere cf. Prosopogr. c. Th.

ib. v. 17. cum ea res non in hominum oculis facta, cumque, ne scelus emanaret, occultata esset, varia inde fama diversaeque narrationes ortae sunt. Socrates 5 25 et Sozomenus 7 22 ab eunuchis imperatorem dormientem, spiritus via interclusa, interemptum tradunt; Philostorgius 9 1, Orosius 7 35 et Rufinus 2 31, licet in nonnullis rebus discrepant, in eo tamen consentiunt, Valentiniano suffocatione imperfecto, quasi ipse sibi manus intulisset, famam in vulgus sparsam esse, cf. Godofred. ad Philostorgium l. c.

p. 241 v. 8. quae de rixa et caede principum barbarorum in imperatoris aula Eunapius scripserat, in Excerptis de Legat. servata adhuc exstant.

ib. v. 6. Eunapius l.c. ὅμως καὶ δὲ βασιλεὺς τιμῶν οὐκέ πηγεν, ἀλλ' ὁμορραπέζους εἶχε καὶ δροσκήνους καὶ πολύ τι φιλόδοξον εἰς αὐτοὺς γένεται.

p. 242 v. 10. Eugenio tyrannide deiecto totius exercitus dux factus est Stilicho. vid. Zosim. 5 4.

ib. Σερήνη. uxor Stilichonis. vid. Olympiodor. ap. Photium.

ib. v. 12. de Gaina Palladius p. 52 t. 13 opp. Chrysost. Ritter.

ib. v. 14. in laude Bacurii cum Zosimo convenit Rufinus (2 33), ex Iberia vero eum oriundum scribit.

ib. v. 19. ἐπ' ἡματι. vid. l. 4 c. Th. de haeret. et ibi comm. Ritter.

p. 243 v. 5. Honorium a patre ut socium belli in Italianum ductum esse, etsi Marcellinus in Chronico cum Zosimo tradat, id tamen et pluribus validioribusque testimoniis Claudiani (in 3 consul. Honorii 78 seqq.), Rufini (2 c. ult.), Sozomeni (4 c. ult.) et Philostorgii (11 2) refutatur, qui serius nec nisi pugna cum Eugenio facta eum arcessitum testantur.

p. 243 v. 13. cum primo die adversa fortuna ad noctem usque dimicatum esset, nocte subsecuta Theodosius parte barbarorum cum Arbogaste ad occupanda idonea loca missorum ad se deficiente, mox pugna facta turbine fortuito adiutus victoriam reportat. vid. Ambrosius (ep. 62), Claudianus (in 3 cons. Honor. 63 seqq. et in 4 cons. Honor. 69 seqq.), Orosius (7 35).

ib. v. 14. sunt in his nonnulla ab aliorum fide aliena et propterea in invidiam auctoris versa. de defectu solis alii tacent, sed tempestatem narrant; quae ingenti ventorum vi coorta, nec vero primo sed altero die, ubi secundum confligebatur, hostes Theodosii ita vexavit ac turbavit ut facile ipse superior evaderet. solis autem eclipsis iam priore anno, quemadmodum a Marcelino adnotatum est, ingens fuit; anno 394 vero, quo bellum illud gestum, paulum modo et ut in Asia sentiri posset, sol defecit die 16 Aprilis hora vespertina, sequente anno 395 toto orbe ad centrum usque die 16 Aprilis hora matutina. vid. *Chronologie des Eclipses par Mr. Pingré*, à Paris 1766 fol.

p. 244 v. 12. ad hoc caput pertinet lex 9 c. Th. de infirmis, quae sub tyrann. l. 11. 12 eius tit. et l. 9 de desertor. in primis sequentia capita hinc lucem accipiunt. *Ritter*. non omnia congruunt quae de proeliis commissis et victoria parta tradiderrunt Ambrosius (div. 3), Sozomenus (7 24), Socrates (5 25), Orosius (7 35), Theodoretus (5 24), Rufinus (2 33).

p. 245 v. 3. ad h. l. cf. lib. 5 38 p. 301 11 seqq. paulo ante senatus non in animum inducit συνενεγθῆναι τοῖς περὶ τὴν τῶν θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν; nec aliter Suidas in Θεοδόσιος. ut adeo sit dictum ἀποκλίνειν περὶ τὴν καταφρόνησιν, quod debebat esse εἰς vel ἐπὶ τὴν καταφρόνησιν τῶν θεῶν. in seqq. aliqua luxatio verbis insidet: non enim cohaerent τῶν δὲ ἀπὸ τῆς γερουσίας — εἰπόντων — η Ρωμαίων ἐπικράτεια — γέγονος, etsi nec aliter Suidas legit. ut medela fiat, tollendum arbitror δὲ ab initio, ut verba τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας iungantur cum superioribus; et mox interpungendum post ὄντος, ut sententiarum ordo sit: τότε δὴ ὁ Θεοδόσιος τὸ δ. ἔλεγε — χρημάτων, τῶν ἀπὸ τῆς γερουσίας μὴ κατὰ θεμόν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μὴ δημοσίου τοῦ δαπανήματος ὄντος. διὰ τούτο τε (l. δὲ) τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ ληξαντος (sunt verba scriptoris, non senatus) καὶ τῶν α. *H.*

p. 245 v. 4. non immerito mireris nullam a Zosimo factam esse memorationem de restituenda ara Victoriae in senatu Romae, quae res ad a. 384 spectat, libello a Symmacho praef. urb. Valentiniano oblato. v. eius Epistol. lib. 10 54.

p. 246 v. 5. non Romae sed Mediolani Honorius imperator factus est. vid. Pagi Crit. Baron. ad a. 395.

ib. v. 6. vertendum est ἐπανιών non *dum revertitur*, sed *dum reversurus erat* (ut lib. 2 c. 17 p. 82 5), quia non modo ceteri Zosianus.

scriptores, sed Zosimus ipse (p. 250 16) in Italia (et quidem Mediolani) Theodosium e vita excessisse scribit.

XI. DE ARCADIO ET HONORIO (l. 5 c. 1 — 25).

Libro quinto ingredimur historiam a Zosimo non perfunctorie et viae muniendae ad alia tantum causa, ut superior historia scripta fuit, sed pro consilio incepti primario summo cum studio ac cura dispositam et explicatam, in qua Eunapianae historiae postrema persecutus est, tanquam scriptoris qui res suae aetatis et sub oculis suis gestas scribebat. a suspicione in quam ob religionis studium tum Eunapius tum Zosimus a Christianis adductus fuit, in his historiis, quae iniuritati et sugillationi isti nullam opportunitatem praebent, immunis uterque esse debet. in rebus ipsis exponendis Eunapius, quantum ex Zosimo iudicare licet (nam ex ipsis historia nihil in fragmentis servatum est quod huc pertineat, et praeter locum in vita Maximi — vid. Comm. Hist. c. 5 — quaedam modo in Suida inde supersunt), ita versatus est ut historiam Orientis, quippe ad notitiam propiorem, accuratius enarraret, veluti nuptias Eudoxiae c. 3, Alarichi in Graeciam incursionem c. 5 — 8, caedem Rufini c. 7, Timasii Bargi, Abundantii c. 8 — 11, in primis rebellionem Tribigildi c. 13 — 19 et Gainis c. 19 — 23, et concitatos ob Ioannem episcopum tumultus c. 23. 24. res vero in occidentali regno gestas parum diligenter tradidit, alias perturbate et confuse, ut rebellionem Gildonis c. 11, exposuit, alias male omisit, in quibus praeter res in Gallia et Britannia gestas praecepit Alarichi prima in Italiam descensio (vid. comm. ad c. 26 init.) ponenda est. alia omissione factum est ut inde ab anno 398 Zosimus historiam Occidentis omnino non attingeret, et per 12 annos tantum res in Oriente gestas expliocaret. supplendis emendandisque iis quae desunt aut minus recte exposita sunt, possunt ad caput usque 19 maxime Claudiani carmina inservire, quae omnem fere huius temporis historiam Occidentis continent; praeterea ecclesiasticae historiae autores Theodoreetus, Socrates, Sozomenus, Philostorgius; passim quoque Orosius, Iornandes, Hieronymus, Frigeridus apud Gregorium Turonensem, Ioannes Antiochenus in Excerptis Valesianis et chronographi. rarer usus est Symmachus, Synesius, Chrysostomi et codicis Theodosiani.

p. 246 v. 8. vid. Comm. ad l. 3 ad legem Corn. de sicar. num. 11. adde Pagium in Critic. ad a. 395 init. t. 2, et Suidam ex Eunapio voc. Πονηρός. Ritter.

p. 247 v. 2. Rufini avaritiam notat quoque Symmachus (6 ep. 15), a quo praedo vocatur annosus. cf. Ioannes Antiochenus in Exc. Vales. p. 848.

p. 248 v. 2. comes Orientis, cui Antiochiae sedes erat, quindecim praerat provinciis, consularibus quinque, Palaestinae, Phoeniciae, Syriae, Ciliciae, Cypro; praesidialibus octo, Palaestinae salutari, Palaestinae secundae, Phoeniciae Libani, Euphratensi, Syriae salutari, Osrhoenae, Mesopotamiae, Ciliciae secundae; duabus perfectissimorum, Arabiae et Isauriae. pertinebat ad eum cognitio appellationum ex his provinciis, correctorum, et cura classis Seleuciae dictae. Notit. Imp. in Thes. Graev. t. 7 p. 1618.

ib. v. 3. de comite Orientis v. vel Gothofr. Notit. Dignitat. c. Th. p. 23 sq. *H.*

ib. v. 17. vid. de plumbatis multa apud Godofr. ad tit. de decur. et in primis in Comm. ad l. 2 de quaestionibus. Ernesti de usu glossar. est diss. de plumbatis. *Ritter.*

p. 249 v. 10. Eudoxiam Baudonis, Franci genere, sub Gratiiano ducis incliti, filiam (Philostorgius 12 3), quam alii Gratiiani filiam faciunt, ut Nicephorus testatur. Baronius a. 395, eumque secuti alii, Promoti neptem credidere ex Zosimi verbis male intellectis. Zosimus enim non ait eam unius ex Promoti filiis filiam fuisse, verum virginem apud unum ex filiis Promoti educatam. *Iac. Godofred.*

p. 249 v. 17. vid. Claudianus de Nuptiis Honorii et Mariae v. 24 ibi Barth.

p. 250 v. 12. cf. sup. 4 57.

ib. v. 22. cf. c. 34. Claudianus in Rufino 2 4:

*iamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis
et rerum commissus apex; tibi credita fratrum
utraque maiestas geminaeque exercitus aulae.*

cf. idem in 3 cons. Honor. 152.

p. 251 v. 2. vid. hic Comment. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 10 adde Symmachum ep. 6. 14. *Ritter.*

ib. v. 8. vid. Ammianus 27 9 ibi Valesius.

ib. v. 22. Zosimi mens ea esse videtur, Alarichum Romanis gravem fuisse priusquam a Rufino instigatus ad res novas movendas esset. Thraciam ab eo fuisse vastatam et direptam etiam Claudianus scribit (cf. Zosim. p. 252 2). quod vero Rufinus a Claudio, Sozomeno (8 1) et Socrate (6 1) Hunnis, ut Orientem incursionibus vexarent, auctor extitisse dicitur, id forsitan minus Rufini culpa quam consuetudine horum barbarorum factum, in provincias Romanas sese effundentium. cf. Tillemont. t. 5 p. 425.

p. 252 v. 4. hoc loco poetae adeo diligentia historicum superat, et Zosimi narratio ex Claudio supplenda corrigenda que est. — aduersus Goths, Rufini, ut credebatur, incitatu Moesiam ac Thraciam infestantes, cum Stilicho cum copiis profectus in Dalmatiam venisset, ab Arcadio iussus est non modo

copias, quas Theodosius expeditione in Eugenium suscepta in Italiam deportaverat, sibi remittere, sed ipse etiam consilio belli missa domum reverti. huic imperio obsecutus Stilicho milites, quo vellet imperator, ablegavit, et cum eis simul Gainam ducem misit, composito cum eo caedis consilio, ut Rufinum e medio tolleret. ea omnia unius anni spatio gesta sunt (395). inter haec cum Gothorum dux Alarichus arte Rufini excitus in Graeciam sine certamine descendisset eamque omni miseriae genere afflississet, Stilicho re audita anno insequenti (396) cum oopiis eo approperat expellitque virtute hostem, sed imprudentia seu cordia inclusum ex angustiis dimittit. a vero itaque Zosimus aberrat, quod copias non bis diversis temporibus sed semel tantum contra Alarichum ductas, et non Arcadii iussu sed, ut videtur, Stilichonis voluntate ultro remissas in Orientem tradit.

ib. in vita Maximi (p. 93 ed. Commelin.) Eunapius, huius irruptionis mentione iniecta, monachos ut viae per fauces Thermopylarum ferentis monstratores incusare videtur: τοιαύτας αὐτῷ ταῖς πύλαις ἀπέδειξε τῆς Ἑλλάδος η τε τῶν τὰ φαιά δράτα ἔχοντων ἀκαλύτως προσπαρεισελθόντων ἀστέβεια καὶ ὁ τῶν λεροφαντικῶν θεομάν παραρραγεῖς νόμος καὶ σύνδεσμος. Zosimus ea aut non reperisse in Eunapii historia, aut quae ipse de Rufini fraude scripsit, iis veriora iudicasse et auctorem suum emendasse videtur.

ib. v. 8. teste Socrate (7 10) barbarorum circa Peneum fluvium a Thessalis fere tria milia sunt caesa.

p. 253 v. 1. sacra Graeciae abolita et Eleusinia cessasse ea Alarichi impressione, auctor ipse Eunapius est (in vita Maximi l. c.). Claudianus in Rufin. 2 191: *nec fera Cecropias traxissent vincula matres*, cum Hieronymo ep. 8 conspirat, qui Athenienses cum Corinthiis et Lacedaemoniis eadem perpessos esse ait. quae quidem testimonia cum Zosimo, qui stetisse Athenas incolumes et a barbarorum rapinis intactas scribit, ita ad consensum redigi possunt, ut Attica tantum regio, salvis Athenis ipsis, hostilem iniuriam experta esse credatur. Philostorgius vero (12 2) Alarichum intrasse Athenas dicens ad Zosimi verba ita explicandus erit, ut hostium dux non cum copiis, et foedere ante composito, urbem ingressus sit. cf. mox c. 6 v. 11 seqq.

ib. v. 6. cum Christiani isto aevo nihil fere, quod memorabile esset, sine miraculo factum iactarent, tolerandum sane erat in gentilibus, si et illi sua *miracula* venditarent. *Athenen* quidem urbem tuitam esse nemo miretur, sed quid *Achilles* Atheniensem rebus se immiscuerit, non statim in aperto est, nisi memineris ea quae 4 18 de Nestorio hierophanta memorata sunt; induxerat ille somno monitus huius herois religionem. *H.*

p. 254 v. 7. η Σπάρτη συναπήγετο τῇ κοινῇ τῆς Ἑλλάδος ἀλώσει potest videri argute dictum esse quasi tota Graecia, capta

etiam Sparta, in captivitatem abducta sit. sed videtur noster ἀπάγεσθαι usurpare pro ferri, rapi, corripi. ita fere inf. 13 6: αἰς ἔσχατον κινδύνου τὴν Ἀσταν ἄπασαν ἀπαγαγέτιν, in extremum discrimin adducere.

p. 254 v. 15. cf. Claudian. in Rufini 2 293 sq. et Orosius 7 37.

ib. v. 18. Plin. 4 6: montes in Arcadia Pholoe cum opido etc. Cellar.

ib. auctore Claudiano neglectae barbaros ad internectionem delendi opportunitatis culpa ad Stilichonem non pertinet, quoniam Arcadii imperio impeditus evadendi barbaris occasionem dedisse dicitur. verum ut haec sunt poetae laudibus Stilichonis studiosi et ob eandem causam suspecti, ita Zosimi, cuius in Stilichonis historia fides integerrima est, auctoritas potior erit.

p. 255 v. 6. ea copiarum in Orientem deportatio iam ante facta erat quam in Graeciam adversus Alarichum Stilicho exierat, et Rufini caudem (a. 395) serius quam facta est memorat noster. vide not. ad p. 252 4. cf. Socrat. 6 1 et Philostorg. 11 3. — Stilichoni haerenti in Gallia ac vacanti rebus cum barbaris componendis, quarum in Claudiano, nusquam in Zosimo mentio facta, nuntiati sunt Alarichi motus. vid. Claudian. de Stilich. 1 172 seqq. in 4 consul. Honorii 459 seqq.

ib. v. 20. de caede Rufini of. Claudian. in Rufini 2 4 36.

ib. eandem rem commemorarunt Claudianus l. c. Philostorgius 11 3, et Hieronymus ep. 3, qui posterior ad verbum fere cum Zosimo conspirat: Rufini caput pilo Cpolim gestatum est; et abscissa manus dextra, et dedecus insatiabilis avaritiae, ostiatum stipem mendicavit.

p. 256 v. 6. vid. Comm. ad l. 3 cod. Th. ad legem Corn. de sicar. n. 11 it. l. 14 de bonis proscript. Ritter.

ib. v. 7. publicata bona Rufini esse et ex Symmacho (6 ep. 15) et lege 14 c. Theod. constat, qua lege bona illius, spretis eorum quos Rufini avaritia spoliaverat quique bona erepta repetebant postulationibus, fisco vindicata sunt. ad quam quidem legem si Zosimi verba explicanda essent, emendatio Tillemontii (t. 5 p. 429 2) pro ἄξια rescribi iubentis ἀνάξια, haud parum adiuvaretur. sensus tunc foret satis ad rem acommodatus: Eutropium, quae vilia in bonis Rufini essent, iis qui sua repeterent reliquisse, ea autem quae pretii alicuius essent, fisco seu potius sibi ipsi vindicasse. vox ἐτέρους tunc ad eos qui bona erepta sibi reddi peterent referenda erit. huc pertinet etiam locus Suidae v. Εὐτρόπιος, de Eunapio depromptus. R. εὐτῶν recipiendum erat: τὰ δύωσον ἄξια τῆς αὐτῶν κτήσεως νομίζομενα, quae sibi quisque quounque modo digna, cur possidenda expeteret, existimaret, seu maioris seu minoris pretii res. Tillemontii interpretatione et lectio a sermonis ratione aliena est. ἐνδιδοὺς καὶ ἐτέ-

ρονς — ut et alii praeter se. oeterum *Eutropius* Rufino non successit hactenus, ut pr. pr. Orientis fieret, nam in Rufini locum successit Caesarius. *Eutropius* factus est praepositus sacri cubiculi, anno vero 399 consul est renuntiatus. cf. inf. c. 17. *H.*

p. 256 v. 10. vid. de fuga ad eccles. l. 1 c. Th. de his qui ad ecclesiam confugiunt. *Ritter.*

ib. ad illas forte pertinent l. 15 c. Th. de bonis proscript. *Ritter.*

ib. v. 16. vid. l. 3 c. Th. ad leg. Corn. de sicar. n. 11. *Ritter.*

ib. v. 18. Suidas h. v: γανρός τε ὡν ἀνήρ καὶ ἀγέρωχος καὶ στρατεύεις ὀμιληκώς. cf. Prosopogr. c. Th.

ib. supra (4 45) dicit Zosimus Cynegio in itinere mortuo Tatianum factum praef. pr. et Timasium pedestribus copiis praefectum fuisse per Orientem a Theodosio. coss. Houorio N. P. et Evodio est l. 5 c. Th. de sentent. ex periculo reoit. imp. Valentini. Theodos. et Arcadio ad Timasium comit. et mag. equitum, h. e. anno Chr. 386. *Reinesius.*

ib. v. 20. vid. Sozomen. 8 7. *Ritter.*

p. 257 v. 12. hunc locum male urget Gutherius de off. domus Aug. lib. 1 c. 27 p. m. 137, quando consultationes ab Arcadio eversas putat, ideo refutatus a Gothofr. ad tit. de relationibus. *Ritter.*

p. 258 v. 10. dissensum inter Hieronymum, qui non Oasi sed Assae Timasium in exilio fuisse scribit, et Zosimum Sozomenumque, hac tollere interpretatione Tillemontius (t. 5 p. 773 not. 7) conatur, ut primum Assae illum exulem degisse, et postea exilii sede mutata Oasin deportatum fuisse statuat. fuit "Oasis (Alvahat apud Arabas) duplex, maior et minor. vid. oel. Michaelis ad Abulfedae descr. Aegypti (p. 21 — 33), ubi veterum scriptorum de Oasi loquentium locis collectis addi potest locus Olympiodori (ap. Photium cod. 80), qui laudando regionis amoenitatem ac fertilitatem longe diversam ac Zosimus descriptionem eius dedit. Photio autem teste multa fabulosa de Oasi Olympiodorus scripsit, ad hunc locum *Ritterus* laudat l. un. c. Th. de Nili agger. et ibi Gothofr. et indicat Cuiacium de relegatione in Oasin et Gypsum observationem singularem habere. R. ad Oasin offenderunt viri docti, in his Reinesius apud Cellar. ad h. l. quod in Hieronymo *Assae* corrupte legebatur; sed v. loca laudd. in Prosopogr. c. Th. et a Rittero ad Guthr. t. 5 p. 186. porro Timasium ex exilio revocatum somniarunt, looo Suidae in Τιμέσιος male accepto, qui de tempore, quo in aulam acoessitus est, agit. *H.*

ib. de Timasii morte cf. Sozom. 8 7.

p. 259 v. 11. de Eutropio eiusque improbatitate locus est ex Joanne Antiocheno in Exc. Vales. p. 848. *Ritter.*

p. 259 v. 20. de Abundantio vid. l. 3 de Salgamo, l. 18 de erogat. mil. annon., l. 128 de decur. *Ritter*. cf. Claudian. in Eutrop. 1 154 seqq. v. Prosopogr. c. Th. h. v.

p. 260 v. 4. primum Pityunte exul fuit (Hieronymus ep. 8), postea Eutropio mortuo Sidonem ductus est, quemadmodum Tillemontius (t. 5 p. 453) rem explicat.

ib. v. 10. vid. comm. ad l. 3 c. Th. ad leg. Corn. de sicar. num. 9. *Ritter*.

ib. v. 11. cf. Claudian. de Stilich. 1. publicabantur Stilichonis bona, quae Cpoli habebat.

ib. v. 13. cf. Claudian. de bello Gildonico 230 — 324, in Eutrop. 1, de Stilich. 1, et Orosius 7 36. Gildo Firmi tyranni frater (4 16), quem ad imperium adspirantem ipse oppresserat, comes Africæ constitutus erat. add. Symmach. 4 ep. 3.

ib. v. 19. parvam tantum manum in Africam ad bellum fuisse deportatam, tradunt Claudian. de Stilich. 1 314, Orosius 7 36. *Ritterus* laudat Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 10.

p. 261 v. 2. Gildo postquam fugam maritimam frustra tenuaverat, captus et in carcere ductus mortem sibi manu sua acceleravit. Claudian. de Stilich. 1 357. Orosius l. c.

ib. v. 12. vid. Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. circa fin. nam maxime probabile est hanc legem datam ideo, quia Eutropius capiti suo suorumque metuebat a Stilichone. *Huc Claudianus* l. 2 in Eutrop. v. 500 facit. *Ritter*.

ib. v. 16. eandem rem observat etiam Ioannes Antiochenus in Excerpt. Valesianis p. 851. notat, indicante *Rittero*, hanc iavidiosissimam vocem Gothofr. Comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 11.

p. 262 v. 5. copiose quidem haec, multa tamen parum perspice, Zosimus enarrat. cf. Claudian. in Eutrop. 2, Sozom. 8 4, Socrat. 6 6, Philostorg. 6 6.

p. 263 v. 2. hoc urget Gothofr. comm. ad l. 3 ad leg. Corn. de sicar. n. 11. *Ritter*.

p. 265 v. 15. Selgen (Laconum est colonia) Πισιδίας πόλιν dicit Stephanus Byzant., nec Strabo aliter lib. 12, nec lib. 5 5 Ptolemaeus; δισμυρηλανδρόν ποτε fuisse Strabo addit, i. e. 20 milia habuisse civium. confines autem sunt Pisidia et Pamphylia, ut noster etiam docet infra v. 17. *Cellar*.

p. 267 v. 8. *Gainas* ad speciem et simulate haec agere putandus: nondum enim animi consilia aperuerat. ne tamen *Tribigildis* omnino opprimeretur, mittit barbarorum turmas ad Leontem cum mandatis arcanis. mox v. 20. Τρωματῶν παντὶ, etiam sublato καὶ, sanum vix est, nec fidem praestabo coniecturae: στρατῷ παντὶ. *H.*

ib. v. 17. non Tribigildo, ut Tillemontius t. 5 p. 453 pu-

tat, sed Leonti a Gaina ea auxilia missa sunt, ut verba Zosimi aperte docent. loci vero obscuritatem hac interpretatione dispelli credimus. auditio Tribigildi periculo Gainas, ut via sibi esset succurrendi illi et occultandi quam animo agitabat fraudem, Leontem horretatur ut cum exercitu, cui ipse praerat, et auxiliis barbarorum, quae ei mittebat, adversus hostem proficiscatur. barbari Leontem comitantes ut auxiliares copiae, castris eius relicts, quemadmodum res composita fuerat, ad Tribigildum transfugiunt, et eo duce Romanos ipsos, quos modo fuga deseruerant, hostiliter adoriantur (c. 16 p. 266 6 c. 17 in.). facta est eiusmodi deseratio paulo ante, quemadmodum Zosimus ipse tradit (c. 15), in media pugna, et testante Claudiano similis proditio barbarorum in fraudem Leontis excogitata erat. Tribigildus simulata fuga cum Leontem, superbientem de victoria, in socordiam rerumque negligentiam adduxisset, subito eum adortus in fugam Romanos agit, qua Leo ipse in paludes delatus misere periit.

p. 268 v. 14. Eutropius consul et patricius. vid. Claudian. in Eutrop. 1 init., Philostorg. 11 4, Sozom. 8 7: *ὑπάτου καὶ πατρὸς βασιλέως ἀξία ἐτιμήθη.*

p. 269 v. 2. hoc pertinet integra lex 4 c. Th. de poen. ibi adi Comm. Ritter.

ib. v. 3. de causis dignitatis Eutropio erectae auctores discrepant. vid. Chrysostomus in Eutropium t. 3 p. 381 seqq., Sozomen. 8 7, Socrat. 6 6, Philostorg. 6 6.

